Bor. 153 h
17



Digitized by Google

<36625911990019

<36625911990019

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Münstersche

Urkundensammlung

von

Joseph Niesert,

Pfarrer zu Velen, Vikar zum heil. Aegidius in Münster, Mitgliede der Gesellschaft zu Groningen pro excolendo jure patrio, und des Vereins für Geschichte und Alterthumskunde Westfalens.

Siebenter Band

in drei Abtheilungen:

I. Ueber Synodal- und Archidiakonal-Gegenstände. (Seite 1 – 135.)

II. 1. Capitulationen und ertheilte Privilegien Münsterscher Bischöfe. 2. Ueber die Postulation des jungen Herzogs Johann Wilhelm von Jülich, Cleve ꝛc. (Seite 135 – 259.)

III. Ueber das Domkapitel. 1. Kirchl. Verfassung. Statuten, Präbendenwesen, Obedienzen, Verbrüderungen, alte Gebräuche und Gewohnheiten. (Seite 359 – 433.) 2. Gerechtsame, Regalien, Güter. (Seite 433 – 542.) 3. Auszüge aus dem Liber redditnum und Rotgeri. (Seite 542 – 611.) Nebst einem Register.

Coesfeld, 1837.

In Commission der Rieseschen Buchhandlung.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

I.

Ueber

Synodal- und Archidiakonal-Gegenstände.

103 b 4

Digitized by Google

Digitized by Google

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK

Nro. I.

In der Herbst-Synode zu Münster d. J. 1331 wird über die Veräußerung der beweglichen Güter eines Leut mit Bewilligung seiner wachszinsigen Ehefrau entschieden.

Ex Apographo quod est in Collectan. Bern. a Mallinckrodt olim Decani Monast. p. m.

Vniuersis Christi fidelibus presentia visuris et audituris Nos Godfridus Decanus majoris Ecclesie Monast. volumus et notum facimus, quod sub anno Domini (M.CCC.XXXI) feria secunda post Gereonis et Victoris praesidentibus nobis in Synodo sancta generali talis sententia exstitit requisita et ab omnibus approbata. Quod si lito habeat mulierem cerocensualem pro vxore legitima, bona sua mobilia necessitate vrgente cum consensu vxoris suae potest vendere et alienare Domino cerosensuali inconsulto ad hoc nunc (sic) requisito. — Datum ut supra.

Digitized by Google

Vgl. die Urk. N. LXX. bei Kindlinger M. B. II. S. 398.

Anm. 1. In den Synoden scheinen nach 1318 bis 1339 nur weltliche Gegenstände verhandelt zu sein. Vgl. Münst. Urk. Samml. IV. Bd. S. 34 — 47.

Anm. 2. In einer Synode, welche zu Paderborn i. J. 1387 am lezten Juni statt hatte, wurde über die Wachszinsigen folgendes festgesetzt:

Item de Cerocensualibus ita pronuntiatum exstitit, quod juris est et in omnibus Ecclesiis obseruatur, quod si cerocensualis ducat vxorem suae conditionis, dabit pellem hircinam aut unum solidum, et stat in arbitrio Domini, quid duxerit eligendum, si vero duxerit vxorem non suae conditionis, citandus est tribus edictis, et si comparuerit, dabit quinque solidos, et manebit in jure suo. Si vero non comparuerit jure sic adjudicato *) perpetue manebit servilis conditionis illius Ecclesiae **) cerocensualis antequam suis exigentibus meritis jure suo per sententiam privaretur, et defuncto eo Dominus suus tollet haereditatem suam, sicut servi. ***)

Item si vir cerocensualis proprio arbitrio tradat se in proprietatem alicujus, ut sit ejus-

*) fors legendum: jure suo abdicato.
**) fors addendum: cujus fuit.
***) Vgl. Kindlinger a. a. O. §. 12. —

dem servilis conditionis, Dominus suus reputet ipsum pro sèrvo, et defuncto tollet haereditatem suam, quam fraudare fateatur Ecclesiae suae, et a jure suo recesserit ipso facto. —

Item si aliquis cerocensualis non soluit cerocensum suum et sit in praesensia*) constitutus nec propter paupertatem ----------**) obmittet, et de hoc convictus fuerit legitime, deinceps remanebit servilis conditionis illius Ecclesiae, cujus cerocensualis existit, et eo defuncto tollet haereditatem suam sicut servi, si vero idem extra provinciam suam fuerit constitutus, et ob causam legitimam cerocensum non poterat soluere, et hoc constat, et post reditum suum absque monitione suum cerocensum soluerit pro tempore toto sic neglecto, hujusmodi negligentia nullum sibi praejudicium generabit, et in jure suo ante recessum suum habito remanebit.

Item si vir cerocensualis, qui vxorem duxerit non suae conditionis decesserit et non est vir superstes ejus consanguineus et ejusdem conditionis, Dominus suus accipit suam Herwede. Similiter est de haereditate, si non est haeres consanguineus ejusdem conditionis, Dominus accipit haereditatem.

---

*) fors legendum: et provincia vel patria.
**) So in der vorlieg. Abſchrift. Vergl. aber Kindlinger a. a. O. §. 20.

Item si mulier cerosensualis decesserit, et non est consanguineus ejusdem conditionis, Dominus tollet exuvias et haereditatem, si residuus non est haeres ejusdem conditionis.

Item si cerosensualis homo non habens haeredem suae conditionis in lecto aegritudinis constitutus nihil de bonis suis legare vel alienare potest, sed totum quod possidet cedat thesaurario vel plebano, nisi conditionaliter cerocensualis factus fuerit, et hoc probare potest per testes idoneos vel publicum jnstrumentum. — In cujus rei testimonium sigillum nostrum etc. —

(Aus den angeführten Collectaneen.)

Nro. II.

Notarial-Instrument über die in der Frühlings-Synode zu Münster i. J. 1553 entschiedenen Fragen:

1. Ob der Zehntherr von einem zweimal im Sommer besäeten Lande jedesmal den Zehnten ziehen könne?
2. Ob der Zehnte von einem unbesäet liegen gebliebenen Acker, welcher doch aber hätte besamet werden sollen, zu entrichten sey?
3. Ob der Zehntherr den durch Nachläßigkeit des Zehntpflichtigen seit etlichen Jahren ihm entzogenen Zehnten fordern könne?

1553.

Ex Apogr. ejusd. aetat. Tabularii Patriae Monast.

In nomine Domini amen. Tenore praesentis publici instrumenti cunctis pateat, evidenter et sit notum, quod anno a nativitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, indictione undecima, die quidem lunae, decima tertia mensis Martii, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et Domini nostri, Domini Julii, divina providentia papae tertii, anno ejus quarto, coram Reverendis venerabilibus

et nobilibus viris, Dominis, Georgio ab Haesfelt Decano, Theoderico Ketteler Thesaurario, Rodolpho de Kuchem et Wilbrando Schmisinck Bursario canonicis et Archidiaconis Cathedralis Ecclesiae Monaster., in eadem Ecclesia Monasteriensi in sacrosancta synodo quadragesimali, ex tunc hora undecima, vel circiter ante meridiem celebrata, praesidentibus, in mei notarii publici et testium infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum, et rogatorum praesentia personaliter constitutus Honorabilis Dominus Henricus Burse pastor parochialis Ecclesiae in Nordwalde Monaster. diocesis, habens suisque in manibus tenens certas quaestiones seu interrogationes sibi alias anno minoris numeri quinquagesimo secundo, in Synodo autumnali in dicta Ecclesia Monaster. observata per ex tunc Synodum in eadem Ecclesia repraesentantes (ut asserit) determinandas ac decidendas traditas, deliberatas et commissas, una cum decisione, diffinitione ac determinatione praesentatarum quaestionum sive interrogationum in uno ac quartali dimidii papiri foliis vulgari idiomate conscriptis, et per venerabilem et eximium virum, Dominum Christianum à Wyck Doctorem subscriptas, facto realiter et in scriptis infrascripto sub tenore, ibidem in medi-

um dedit exhibuit atque reproduxit, dictasque quaestiones sive interrogationes diffinivit, decidit, et determinavit prout et quemadmodum in eisdem decisione diffinitione ac determinatione modo praemisso exhibitis latius ac diffusius dicebat contineri et haberi, ac continetur et habetur, quae sequuntur tales:

Dieweill in zeit des jüngst gehaltenen Synodi alhie zu Münster nachfolgende an mich Henricum Burse, pastor zu Nortwalde sein gestalt worden, um mich darauf belehren zu lafsen, und wefs recht diese Zeit wiederumb inzubringen. Anfencklich, ob ein Zehendherr van einen Lande so zom andermahl in einem Sommer geseiget, als irstlich mit robesath, und darnach mit Gersten, ob anderen Früchten, mehr dann eimal den Zehenden nemmen moge?

Desgeliken ob einer einig Feldland, so zo gesetzten Jahren pflegt geseiget zo worden, ob auch einig ander landt, das den Zehenden zo geben phlichtig, unbeseihet und dreifs liggen leifse, ob derselbige auch den Zehenden van den unbeseiheden lande, so ehr gesehet solte haben, zo geben pflichtig sy? —

Vnd lestlich, ob der Zehendherr dasjenige, so ine also durch Unfleifs der Ze-

hendpflichtigen etzliche jahren entzogen, zo fordern habe? —

So hab ich mich bei den rechterfarenen darauff so viell in mir gewest, ercleret, und bin nachfolgender Meinung darauf bericht worden. Vnd so viel die erste Frage belanget, das rechts sey, daſ der Zehentherr von allen Früchten, so uff den zehntbaren Lande gewachsen seien, ungeachtet ob sulch Landt zom anderden male in einem Sommer besehet gewest, den Zehenden nemmen moge, het konte den ein ander dises Landes, oder des Orts daer sulx landt gelegen, gewonheit, wie recht, erwiesen werden.

Vff die zwethe Frage ist dieser Bescheid gefallen, das derjenige so enich zehntbar landt aus Unfleiſs widder, ob modewillen, oder süſs to andern sinen nutz unbeseihet liggen läst, daſs derselbige den zehenden pfenninck, so ehr an grase, weide oder süst darvon genüst, ob van einen andern haben mogte, den Zehendherrn darvon zo geben schuldig sy. Vnd ob er der Zehentpflichtiger woll solches Landes, aus seinen Unfleiſs, oder anders nichts genoſse, sondern ain (ohne) allen furtheil zo Velde liegen leiſse, daſs er sich nicht destoweniger mit dem Zehentherrn derohalb zo verdragen pflichtig, damit der Zehntherrn des andern Unfleiſs,

oder moitwillens halb, nicht in schaden gefoirth, ob zo entgelden habe. —

Vff de leste frage ist diese Antwort wurden: dafs wefs der Zehendherr van den verliddenen jahren, so das zehntpare Landt gewohnlicher weise nicht ist gebouwet vnd beseihet wurden, derwegen schadens geledden, oder nicht genofsen, und dafs etzliche jahren geduldet, auch darauf nicht gefurdert, dafs er solches auch nicht zo heifschen habe. —

Christianus a Wyck inter LL. Doctores omnium postremus interrogatus una cum earundem decisione diffinitione ac determinatione, statim ac incontinenti de mandato et ex commissione praenominatorum Dominorum praesidentium, per me Notarium publicum infra scriptum ibidem publice alta et intelligibili voce fuerunt et sunt lectae et recitatae, hujusmodique quaestiones et interrogationes una cum earundem decisione, diffinitione et determinatione modo praemisso lectas et recitatas dicti Reverendi venerabiles ac nobiles viri, Domini Georgius ab Hasfeldt Decanus, Theodoricus Ketteler Thesaurarius Rodolphus de Kuchem et Wilbrandus Schmising Bursarius, Canonici et Archidiaconi Ecclesiae Monast. predictae, praesentem sacrosanctam Synodum representantes dictarum quaestionum sive interro-

gationum decisiones diffinitiones ac determinationes tamque juri ac rationi consonas confirmarunt ratificarunt et approbarunt, mihique notario publico infra scripto mandarunt et commiserunt, quatenus de et super praemissis omnibus et singulis ad requisitionem quorumcunque utriusque sexus hominum unum vel plura, publicum seu publica façerem conficerem et conscriberem, seu per alium fidelem conscribi facerem instrumentum et instrumenta in meliori forma. Acta fuerunt et sunt sub anno Domini, Indictione, die, mense, hora, loco et pontificatu predictis, presentibus ibidem discretis viris Theoderico de Senden et Sandero Voeth virgiferi Ecclesiae Monast. testibus ad praemissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et quia ego Bernardus Rupe clericus Paderbornensis diocesis, publicus sacra apostolica auctoritate Notarius ac fiscalis juratus curiae Monasteriens. praemissis omnibus et singulis, dum sic ut praemittitur fierent et agerentur, una cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi ac in notam sumpsi; ideo praesens publicum instrumentum manu alterius, me interim legitimis impedito negotiis, fideliter conscriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi, et in hanc publicam

formam redegi, signo quoque nomine et cognomine meis solitis et consuetis signavi in fidem, robur atque evidens testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus atque specialiter requisitus. —

Nro. III.

Entscheidung einiger Fragen in der Frühlings-Synode d. J. 1662, die Uebertragung von Pfarreien an Andere, und die Gerichtsbarkeit der Gografen über die „Sadelgüder" betreffend, welche der Kanonik am alten Dom und wirklicher Pfarrer zu Delde, Johann Tork, vorgelegt hatte. —

Ex Apogr. ejusd. aetat. Tabular. Patr. Monast. Rubr.: Ecclesiastica. N. 2.

Coram vobis reverendis venerabilibus nobilibus spectabilibus et circumspectis viris Dominis presidibus in sacra synodo quadragesimali in majori et cathedrali Ecclesia Divi Pauli Monasteriensis Anno minoris numeri sexagesimo secundo, hac ipsa die lune post Dominicam Laetare Hierusalem solenniter celebrata ac observata, propo-

nuntur et exhibentur infra scriptae certarum questionum materiae ac positiones pro parte venerabilis et validi equestris ordinis viri Domini Joannis Torck collegiatae veteris Divi Pauli Monasteriensis et in Oelde parochialis respective ecclesiarum canonicus et respective verus pastor, quaeriturque ab eo, quid super iis fuerit et sit juris, et petitur desuper Dominationum vestrarum et sue Reverentiae Vestre decretum congruo tempore ferendum.

In primis quaeritur, quod siquis pastor in hac Diocesi Monasteriensi Ecclesiam suam parochialem alicui alteri vicecurato suo bona fide condigno precio in arrendam*) concesserit, jpseque vicecuratus per instrumenta et syngraphas se tanquam probum presbyterum fideliter obligatum reddiderit et obligaverit, et bona fide addicta repromiserit; se pronum fore similibus modis et conditionibus, quibus ipse acceperat, dictam talem Ecclesiam in et ad manus Domini sui principalis arrendatoris sive locatoris suis expensis reddere et restituere, etc. jam utrumne talis vicecuratus hujusmodi jnstrumentis, syngraphis, pactis et conditionibus stare obligatus existat, quaeritur quid juris sit, et petitur decretum.

---

*) Zur Pfacht. Cf. Du Cange ad h. v.

Deinde si talis quis vicecuratus hujusmodi Ecclesiam parochialem bona fide acceptam, Domino suo principali locatori dimittere et cedere necesse haberet, ipseque nihilominus aliquid in et ad domum pastoralem seu dotis fabricasse sive meliorasse narraret, anne ipse talem assertam fabricationem et melioratione probare teneatur, et si probaverit, jamne dinosci possit, ipsum hoc sine jussu sui Domini principalis fecisse, quid tunc ipse idem sive etiam principalis suus, exinde damni vel emolumenti sentire et percipere debeant, quaeritur.

Tertio quaeritur, si idem vicecuratus conductor Ecclesiam bona fide sibi concreditam relinquere obligatus esse dinosceretur, ac eandem dimitteret suo principali, seu alteri ejus nomine gubernandam ac possidendam, si idem vicecuratus conductor Ecclesiam bona fide sibi concreditam relinquere obligatus esse dinosceretur, ac eandem dimitteret suo principali, seu alteri ejus nomine gubernandam ac possidendam, quid tunc ipse debeat penes et apud dictam domum dotis in stramine, pallea, foeno et fimo ac in similibus inibi relinquere vel abducere.

Quarto et ultimo. In quantum et quousque secularium judicium Gograviorum et eorundem preconum, manus

seu jurisdictio, quantum ad bona aulica Ecclesiastica attinet, in vulgari, Sadelguedt bedrefft, expandando, evocando, seu citando etc. fuse extendant? Et quomodo pastor, qui talia habeat bona circa ea debeat se regere, seu regulare, ut domus dotis et attinentia bona pastoralia conserventur, et manu teneri possint in suo antiquo jure ac possessione juxta factam obligationem et prestitum juramentum ipsius Domini principalis pastoris, prout bonum pastorem semper bene decet. Super his et premissis omnibus petitur Reverentiae vestrae cum humili obsequio et commendatione benignum Synodale ferendum Decretum. Salvis etc.

Reverendi Nobiles, Circumspecti, Honorabiles viri, Patres ac Domini, hujus sanctae synodi praesides, ad quaestiones pro parte venerabilis equestrisque ordinis viri ac Domini Johannis Torck canonici veteris Ecclesie Divi Pauli Monasterien. et pastoris in Oelde, in proxima synodo propositas, ego Johannes Lethmate pastor in Westbeveren de jurisperitorum mihi desuper communicato consilio respondendum, pronuntiandum, ac in sequentem modum decernendum censeo et existimo.

Ad primam igitur quaestionem respondendo dico et pronuncio, Vicecu-

ratum teneri et alligari de jure ad praestandum et servandum ea quae tempore celebrati contractus cessi pastoratus suo principali pastori addixit et promisit, idque secundum conventionis in instrumentis, Chirographis ac Documentis desuper erectis expressae tenorem; cum nihil tam sit naturale, quam quod bona fide inter homines convenit, servari.

Secundo, si vicecuratus in restauranda domo dotis utiles et non voluptuarias prorsus impensas fecerit, commonstrabit in quas res illas impenderit, et ex arbitrio bonorum virorum easdem a vero pastore recuperabit, secundum id quod iisdem aequum et bonum fore videbitur; necessarias vero impensas, legittima earundem probatione facta, verus pastor vicecurato sine diminutione aliqua refundet, nisi ab initio aliter pactum et conventum fuerit; nam cum contractus ex conventione legem accipiant, id quod ab initio inter paciscentes convenit, servari oportebit.

Tertio poterit vicecuratus migraturus ex domo dotis omne quod suum esse dinoscitur ex eadem secum asportare, vel avehere, tam fimum quam foenum ac stramina, nisi ab initio aliter convenerit. —

Cum autem quarta quaestio magis consistat in facto quam in jure et in hujusmodi bonis aulicis Ecclesiasticis ac

similibus pro diversitate locorum, alia atque alia sit consuetudo, propterea necesse est ut istius loci et districtus ubi eadem aulica bona situata et tollerata sunt, observetur consuetudo et observantia. Quomodo autem pastor se circa hujusmodi aulica bona tam propria quam aliena regere debeat, id procul dubio deprehendet ex praedecessorum suorum registris, sin minus, ex senioribus parochianis illud rescissere poterit. —

Anm. Dieſe Synode wurde unter Biſchof Wilhelm v. Ketteler gehalten, der um die Kirchenverbeſſerung ſich wenig kümmerte, und unter deſſen Epiſkopat auf den ſogenannten heiligen Synoden von ſolchen Gegenſtänden nicht eimal die Rede war. Er ſelbſt ſtand mit Caſſander in Briefwechſel; in einem Briefe an Nikol. Schaten, den ich in Handſchr. beſitze, heißt es: «Wilhelmus Episcopus Monasteriens. religionem semilutheranam hausit in auli Juliacensi, imo plane Lutheranus obiisse putatur, uti et Johannes ujus frater et ex fratre nepotes.» Es kann alſo wohl nicht befremden, wenn von der Art Pfarreien an Vicecuraten zu verpfachten auf der heiligen Synode noch entſchieden wurde, ſtatt ſolchem ärgerlichen Unweſen nachdrücklich zu ſteuern. — S. die Vorrede zum I. Bde. dieſer Urkundenſamml. —

Nro. IV.

Synodal-Verordnung, welche mit Vorwissen des Bischofs Ernest das Domkapitel über die Verbesserung des sittlichen Wandels der Geistlichen und der Verwaltung ihrer Aemter erlassen hat im Jahre 1598.

Ex Autogr. membr. Tabul. Patr. Monast. Rubr.: Ecclesiastica N. 3.

Nos Decanus et Capitulum Cathedralis Ecclesiae Monasteriensis cum tamen scitu Reuerendissimi et Illustrissimi Principis et Domini, Domini Ernesti S. Ecclesiae Coloniensis electi et confirmati, sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarii, Principis Electoris Dioecesium Monasteriensis et Leodicensis Episcopi, Hildesemensis et Frisingensis Ecclesiarum Administratoris ac Ducis superioris et inferioris Bauariae etc. Vniuersis et singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis tam Conuentualium quam collegiatarum Ecclesiarum Decanis, Archidiaconis, Thesaurariis, Scholasticis Cantoribus Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum, Capellarum et Altarium Rectoribus, Caeterisque presbyteris. curatis et non curatis ac clericis aliis per ciuitatem et Dioecesin Monasteriensem constitutis et

eorum cuilibet salutem et sinceram in Domino charitatem, et mandatis nostris infra scriptis firmiter obedire.

Quamuis domum Domini deceat sanctitudo, et ministros pudicos fore, humiles, pacificos et modestos, Rex pacificus pia miseratione disposuerit, nonnulli tamen in ministerium Dei assumpti, quos virtutis amor à vitiis non retraxit, impunitatem excessus obtinere sperantes sua efrenata pertinacia sui ipsius honoris et totius status clericalis prodigi diuersis abusibus et artibus abusiuis imo prohibitis inuerecunde se implicant et immiscent ac ministerium eis traditum Deo et Ecclesiae non curant impendere, ad hoc se non teneri temere asserentes, vel saltem impendunt minus plene ac peccatum adjicientes peccato de praemissis, cum male fecerint, gloriantes: Quare ne culpabilibus ex dissimulatione vel permissione, saltem tacite, videamur praebere consensum et ob hoc argui seu de negligentia reprehendi valeamus, ad compescendos seu abolendos abusus et indecentia quaecunque in quantum possumus, Sacro sancti Concilii Tridentini Decreta, tam Doctrinam fidei, quam Reformationem vitae ac morum respicientia alias vobis insinuata, praesentibus vobis omnibus et singulis su-

pra dictis iterum ac serio insinuamus, ac vos nihilominus monemus et Requirimus, vobisque et vestrum cuilibet, in virtute s. obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus omnes et quascunque focarias domibus vestris ita repellatis, quod verisimiliter nihil sinistri possit aut valeat de eisdem suspicari.

Item a crapula et ebrietate omnes clerici supra dicti se diligenter abstineant et vino se temperent nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas inducat mentis exitium et libidinis prouocet incentiuum. Insuper tabernas publicas, nisi forsan in itinere constituti, nullatenus visitetis. Ludos taxillorum et alios actus illicitos non frequentetis. Vsuras Symoniam, officia et commercia secularia per vos et alios non exerceatis. Conspirationes contra vos inuicem, et maxime contra praelatos et majores vestros non faciatis. Tonsuras et Vestes deferatis clericales, ultra genua protendentes, quas si non habetis infra triginta dierum spacium, easdem vobis procuretis cum effectu. Beneficia vero Ecclesiastica habentes, prout eorum beneficia requirunt et exigunt, in quatuor proximis temporibus et deinceps aliis temporibus de jure sta-

tutis, ad sacros ordines se promoueri faciant ac procurent.*) —

Caeterum mandamus vobis Ecclesiarum parochialium capellarum et altarium Rectoribus, ut super conjugii sacramento non permittatis subditos vestros amicabilem compositionem siue transactionem inire, sub poenis infra scriptis, et vestris parochianis subditis sub excommunicationis poena inhibeatis ne fidem sibi mutuo dent clandestine et in occulto super matrimonio contrahendo, vel etiam clam contrahant matrimonium; sed publice coram presbytero et pluribus aliis astantibus hoc faciant.

Item omnes et singulos, qui clandestinis nuptiis interfuerunt, in his scriptis excommunicamus, nisi infra mensem à tempore contractus hujusmodi matrimonium Officiali et Sigillifero curiae nostrae Monasteriensis reuelauerint cum effectu, quod si non fecerint, ipsos singulis diebus Dominicis es festiuis Excommunicatos publice nuntietis et teneatis donec et quousque beneficium absolutionis literato-

*) Wie wenig oder gar nichts alle dieſe Verordnungen nutzen konnten, da von der höhern Geiſtlichkeit aus ſich der Sittenverfall ꝛc. auf den niedern Klerus verbreitet hatte, habe ich in der Vorrede zum I. Bde. dieſer Urkundenſamml. dargethan. —

riae à dicto officiali nostro meruerint obtinere.

Monemus insuper Provisores et structores Ecclesiarum et capellarum praefatarum, quos per vos et quemlibet vestrum sub poenis antedictis moneri praecipimus et mandamus quatenus infra mensem a data praesentium proxime et immediate sequentem, Ecclesias capellas coemiterios (sic) violatos et violata altariaque dotata et nondum consecrata neque confirmata reconsiliari et consecrari procurent realiter et cum effectu.

Requirimus omnes etiam et singulos testamentarios et exequutores testamentorum beneficiatorum defunctorum et quarumcunque personarum Ecclesiasticarum ciuitatis et dioecesis Monast. quatenus sigillifero curiae nostrae praefatae de bonis testatorum inuentis infra mensem de dispositione eorundem bonorum inuentorum infra annum post obitum testatoris immediate sequentem notificent et eundem certificent et informent, vt tenentur. Alioquin contra eosdem, prout de jure poterimus, censura Ecclesiastica ea mediante, procedemus, et manufideles siue Executores testamentorum siue vltimarum voluntatum illorum qui ultra annum discesserunt, et dicto sigillifero nostro de bonis testatorum per eosdem inuentis, non-

dum computum reddiderunt, licet tamen per nos et nostra mandata ad hoc soepius fuerint requisiti, in his scriptis excommunicauimus, Excommunicatos singulis diebus Dominicis et festiuis publice nuntietis et teneatis.

Insuper requirimus et in Domino adhortamur omnes et singulos Dominos Abbates, Priores, Praepositos, Decanos, Archidiaconos et alios quoscunque de jure vel de consuetudine jurisdictiones et subditos habentes conjunctim et diuisim, quatenus infra mensis spatium a data praesentium proxime et immediate sequens, excessus culpabiles suorum subditorum corrigant. Et beneficiatos quoscunque, qui se a suis beneficiis huc usque absentauerunt et absentant, ad personalem residentiam cogant et inducant, sic quod nullus beneficiatorum infra Monasteriensem Diocesin a Personali residentia sui beneficii sine legitima causa et absque speciali licentia nostra aut sui Praelati se absentare praesumat; alioquin negligentiam ipsorum Praelatorum auctoritate nostra supplere volentes, contra ipsos delinquentes et personaliter non residentes prout juris fuerit, procedemus.

Inhibemus etiam vniuersis et singulis Ecclesiarum Parochialium et Capellarum Rectoribus, ne aliquis Monachos cujus-

cunque status vel ordinis fuerint, ac presbyteros extraneos ignotos in suis Ecclesiis et capellis admittant ad Diuina, nisi primitus per nos vel Commissarium nostrum, siue Vicarium in Spiritualibus fuerint approbati et admissi et de eorum admissione per patentes literas sigillo curiae Monasteriensis antedictae sigillatas, legitime constiterit.

Insuper mandamus vobis Rectoribus Ecclesiarum soepe dictis, ac clericis vt infra missas et alia diuina officia, Religione ut decet sitis et sint induti, et in casibus, in quibus poenitentes ad superiores remitti debeant, studeatis diligenter informare, agentesque poenitentiam solemnem in die Jouis Sancta ad Ecclesiam nostram Monast. reconciliandos transmittatis.

Coeterum processus et mandata quoscunque et quaecunque auctoritate Episcoporum Monast. felicium Recordationum ac nostra valuntate et assensu emissos et emissa et pluries in sancta synodo generali in dicta Ecclesia nostra Monast. celebrata in praesentia Praelatorum et aliorum clericorum ciuitatis et Diocesis Monasteriensis tunc ibidem congregatorum, exequutos et exequuta, vna cum statutis tam prouincialibus quam synodalibus in omni eorum forma praesentibus

innouamus: ipsosque et ipsa vobis vniuersis et singulis suprafatis intimamus, insinuamus, et notificamus, ac eos et ea cum et sub poenis et censuris in eisdem contentis et expressis firmiter et inuiolabiliter obseruari praecipimus et mandamus. Absentes vero qui ad hanc sanctam synodum absque nostra siue dicti sigilliferi petita et obtenta licentia speciali non venerunt, vel qui sine religione dictam Synodum intrauerunt praesentibus judicamus contumaces, et super hujusmodi contumacia, prout juris fuerit procedemus.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium sigillum nostrum ad causas, quo in praemissis vtimur, praesentibus est appensum, sub anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octauo, XVII octobris. — etc. —

Das ovale Siegel, in grünem Wachse, war sehr verlezt. —

Anm. Wie sehr um diese Zeit in unserer Dioeceſe der Katholicismus zerfallen war, und die Pfarrgeistlichen auf dem Lande sich zum Protestantismus hinneigten, zeigt das hier folgende Visitations-Protokoll. — Vgl. die Vorr. zum I. Bde. dieser Urkundenſ. S. XXV.

Nro. V.

Merkwürdiges biſchöfliches Viſitations-Protokoll über den Verfall des Katholicismus in dem Münſterlande in der zweiten Hälfte des XVI. Jahrhunderts. *)

Ex scriptura ejusd. aetatis. p. m.

Visitatio habita ab Episcopo Monasteriensi Ernesto Bavaro, Archiepiscopo Coloniensi.

Anno 1592.

Designatio praecipuorum locorum magis suspectorum, in quibus maximus defectus testantibus protocollis visitationis repertus.

In civitate Monasteriensi.

Quoad cultum divinum ac religionem, videlicet missarum solemnia, sacramentorum administrationem et bonorum alienationem tanquam in principalia capitula tam in Collegiatis quam parochialibus Ecclesiis prorsus aut nullus defectus est repertus.

Excepto quod maior pars Ecclesiasticorum in concubinatu vivat extra

*) Vgl. die Vorrede zum I. B. der Münſt. Urk. Samml.

Monasterium degentium; emendationem vitae pollicetur.

In Vahrl.

Defectus testante protocollo, et quae inordinata reperta facile emendari poterunt.

In Coesfeldt.

Omnia utcunque salva. Lubertus tamen dum officians in utraque Ecclesia, professus Augustini Ordinis, habitum ex causis propositis mutavit.

In Vehlen.

Utcunque salva; administratur sacramentum sub utraque specie.

In Weseke.

Vicaria suppressa a Comite in Gemen.

In Rhede.

Vicecuratus haereticus et omnia collapsa, nec baptismum, nec reliqua sacramenta in honore habet.

In Bocholdt.

Fere omnia collapsa, sed instaurata ab Archidiacono; omnia monasteria ibidem conquesta de gravissimis exactionibus, quarum occasione ut apud Rmum

Domini commissarii intercederent, petierunt.

In Brünen, Alten et Dingden.

Maximus in religione error. —

In Groefs Bourloe.

Omnia salva quoad fidem et religionem, premuntur et alternantur quotidianis hospitibus et exactionibus, de quo gravissimo conquesti, ut multum Æris alieni cogere necesse sit. —

In Borken.

Quoad fidem et religionem mores et vitam clericorum omnia salva.

In Erle.

Pessimus haereticus, in Ecclesia nihil praeter parietes dealbatas, imagines autem depictae deletae, et altare profanatum.

In Rhade.

Similiter omnia corrupta.

In Wulffen.

(Omnia) fere salva.

In Ostbveren.

Circa administrationem sacramenti vacillat.

In Vorhelm.

Vicecuratus Apostata.

In Angelmodde.

Pastor Johannes Rameker, de cuius doctrina constat.

In Albersloe.

D. Martinus Löwermann, alienus a catholica religione, alter pastor privatus per Archidiaconum, alter libere resignavit. —

In Telgt.

Sacellanus Apostata cum consensu sui prioris habitum mutavit, plerique sub utraque specie communicant, eo quod a praedecessoribus iste mos sit introductus. —

In Rengeling et Vinnenberg.

Omnia salva. —

In Warendorf.

Propter paucitatem sacerdotum, quorum duo non resident et circa administrationem sacramentorum magnus defectus.

Ecclesia in Wüllen.

Caret calicibus et receptaculo Venerabilis, quia per furtum ablata.

In Ahausen.

Ornamenta scilicet vestes casulae et alia admodum sordida et corrupta.

De Administratione Sacramenti Eucharistiae.

Pastor in Ahausen respondit, tam utramque quam alteram speciem sufficere, sed administrat sub utraque specie, idque ex consensu ut audivit, Episcopi Friderici, quae consuetudo ab annis 40 sit observata.

Finita priori missa consecrat panem et vinum germanicis verbis, praesentibus communicantibus; apud infirmos defert consecratam hostiam et renovat verba Domini in fidem aegrotantis, vinum ibi consecrat.

Pastor in Wüllen quoad administrationem istius sacramenti, apud infirmos defert consecratam hostiam et renovat verba Domini; vinum autem ibi consecrat, alioquin sub utraque specie communicat.

Vicecuratus in Novo Castro, seu Nienborg, respondit, quod in missa utramque speciem consecret et administret; sed apud infirmos utramque speciam deferat, ibi consecret et infirmis porrigat.

Vicecuratus in Wessumb, quod idem cum pastore in Wüllen faciat, idque ex permissione sui pastoris D. Molleri.

Pastor in Alstedde semper sub una specie administrat, hancque consuetudinem servat.

In Ottenstein vicecuratus credit sufficere unam speciem, sapientibus tamen utramque porrigit, et credit fieri in imitationem authoritate Christi, consecratio fiat in missa, sed apud infirmos consecrare solitus vinum, et credit, extra missam fieri posse consecrationem, sed perfecte capere non possit, quomodo transubstantiatio fieri queat, super quo se instrui petiit.

Pastores veteris et novae Ecclesiae in Warendorf confessi, quod communicantes, tam accedentes Altare quam infirmos, pro eorum petitione sub una vel utraque specie juxta institutionem Christi, communicare soleant, quod consuetudinem a pastore defuncto habent, infirmos, si petant, prolatis verbis Christi communicant sub utraque specie, neque variare posse propria authoritate.

De Baptismo.

Pastor veteris Ecclesiae in Waren-

dorf confessus, agendam*) (sic) ex qua baptizari solitum, laceratam non nihil ut aliquando (aliqdo) germanicis orationibus utatur.

De Sacramento Poenitentiae.

Pastor in Ahaufs et vicecuratus in Novo Castro verba absolutionis non sciverunt, quam formam sibi dari petierunt, et statim porrecta fuit. —

De Sacramento Unctionis.

Pastores veteris et novae Ecclesiae in Warendorf confessi, quod sacramentum extremae unctionis desierit, apud Warendorpianos non esse in usu, nec intra longa tempora infirmi uncti, nec esse qui petant, aut ungi velint; confiteantur quidem, sed de Sacramenti istius usu non tradetur, sed subvereantur, quod si fiat aut de tali Sacramento tradant, nonnisi maxima ignominia populi vel etiam tumultu perfici posse.

In Wüllen est in usu et administratur petentibus unctio, nonnulli autem eandem contemnunt, aut plane negligunt.

---

*) Die älteſte Münſt. gedruckte Agende iſt bekanntlich v. J. 1592. 4. (Münſt. b. Raesfeld.)

In Ahaus vix est in usu, poscentibus tamen porrigitur; similiter in Novo castro.

In Wessum et Alstede perpauci qui petunt.

De Purgatorio et Invocatione sanctorum.

Pastor in Warendorf respondit se credere, Ecclesiam habere istum usum, sed Warendorpiae non solitum, orare pro defunctis, in veteri Ecclesia cantari: wir glauben etc. una vice latine altera germanice; in nova Ecclesia aliquando similiter.

De Exequiis.

Exequiae in Warendorf longo tempore non servatae, nec ullos requirere; alioquin nullus defectus reperitur.

In Bockum ab defectum libri agendorum non est fons baptismalis benedictus.

In Nortkirchen sacellanus porrigit sub utraque specie sacramentum Eucharistiae, et post missam consecrat calicem.

In Borck quibusdam sub utraque specie et sub missa simul calix consecratur; volunt post haec sequi ordinem Ecclesiae.

In Höuel sacramentum unctionis non est in usu.

In Dollberg, Bockum, Höuell non servantur Exequiae, et in Südtkirchen et Nortkirchen aliquando.

In Höuel nihil fit de aqua benedicta, nec solemnia in cemiteriis vel processionibus observantur.

In Bockum quandoque abolitum, sperat melioratione m.

In Borck unus parochianus abstinuit a Communione.

In Heesen duobus laicis ob delicta gravia pastor denegavit communionem.

NB. Alunt omnes concubinas seu focarias, quas ad mandatum Rmi dimittere velle offerunt.

In Höuele ac Heesen ab defectum libri Agendarum non consecratur fons baptismalis; visitatis templis in Heesen et Höuel pro parte omnia salva reperta, et in quibus delictum fuerit, promiserant in omnibus melioratione m et Correctionem.

In templo Rhede prope civitatem Bocholt, omnia confusa, non secus ac domus sine hero, januae confractae, ut sues permeare possint, templum cistis et arcis refertum, in receptaculo, sive sacristia nihil asservatur

praeter muscas et aranearum telas; vix propter sordes quis locum contemplari aut intueri potuit; ornamenta rupta in diversis locis disjecta; missale cistas custodit, baptisterium muscis et vermibus scatet. Vicecuratus ibidem haereticus et, super articulis fidei interrogatus haeretice respondit, et in peragendis divinis saltem linea alba veste utatur.

Pastores in Reine et Bevergern sub utraque specie communicant, conquesti quod ille mos ante adventum suum introductus. In sacrificio missae consecrant panem, extra Missam vinum, legentes desuper verba Evangelistarum et Pauli, idemqne faciunt apud infirmos, conquerentes quod morem istum revertere nequeant, proni obedire mandato Rmi, neque sacramentum extremae unctionis apud illos sit in usu, alioquin catholice de eo sentiunt et credunt.

In Ahlen Archidiaconus praepositus in Cappenberg conqueritur sibi denegari avenam synodalem et uterque pastor conqueritur, oblationes debitas, missaticum, servitia pastoribus ab antiquo debita sibi denegari; extrema unctio non est in usu, decantant diversos spalmos (sic)

germanice; implorantes desuper Rmi principis auxilium. Sacellanus sustinet laicis extra sacrificium missae Eucharistiam sub utraque specie secundum institutum Christi esse dandam, et sic credidisse et dari, ac dare de praesenti. Sacellanus Kattenbusch institutum Christi de administratione istius sacramenti salva conscientia mutari non posse respondit, nec credit, Romanum Pontificem, Concilia vel Ecclesiam habere authoritatem mutandi illud. —

Alius sacellanus dixit, si meliūs instruī possit, vult se submittere judicio Ecclesiae. Invenerunt istum usum in utraque Ecclesia, quem retinuerunt, et apud infirmos secum sumunt panem et vinum, et deinceps legunt verba ex Paulo et non ex missali, et ita porrigunt infirmis, et TAMEN veste religiosa cum lucerna et cymbalo accedunt ad infirmos. Item semel consecratas in missa hostias denuo apud infirmos consecrant et desuper verba Pauli legunt, et ita porrigunt et addunt vinum, super quo etiam eadem verba Pauli legunt. — Credunt extremam unctionem esse sacramentum, sed hactenus de eo nihil docuerunt neque administrarunt. D. Johannes Katten-

busch NEC CREDIT nec docuit esse orandum pro fidelibus defunctis; alter sacellanus credit; sed non docuit, nec generaliter nec specialiter orat. Credunt licitum esse invocare sanctos; caeterum catholico more faciunt.

In Werne administrant Eucharistiam sub utraque specie, et supra calicem intra missam legunt verba consecrantia, quodque ita fiat apud infirmos, hostiam semel consecratam infirmis vel gravidis, exigente necessitate, porrigendam reconsecrant; extremá unctio non est in usu. Laici ante et post concionem diversas germanicas cantiones decantant; ne praefatio in missa decantetur, pastori recusant missaticum, et varia scripta apud Ludimagistrum reperta, ablata.

In Horstmaria Novem Canonicatus et una vicaria, quae juris patronatus laicalis est, spectant ad collationem Episcopi. Praelati sunt Decanus et Scholasticus, uterque satisfacit officio. Decanatui annexus est Archidiaconatus, cui unica parochia Horstmar subjecta, Decanus est simul pastor. Omnia catholice observantur, nullusque defectus repertus. —

Haec visitatio peracta et conscripta per Franciscum Hülter Notarium et scribam.

Nro. VI.

Decreta Synodalia Ferdinandi Archiepiscopi Coloniensis etc. Episcopi Monasteriens.

1613.

Ex Apographo p. m.

Synodus Dioecesana Monasteriensis, praesidente ipsomet Serenissimo et Reverendissimo Principe ac Domino, Domino Ferdinando Archiepiscopo Coloniensi Electore, Episcopo Monasteriensi etc. celebrata anno millesimo sexcentesimo decimo tertio feria secunda post Dominicam Laetare, in qua post imploratam Divinam opem sacro solenni de spiritu sancto à Reverendissimo Patre et Domino Nicolao Episcopo Arenensi suffraganio Monasteriensi celebrato, et recitatam orationem synodalem praesentibus Praelatis Archidiaconis, Decanis, Pastoribus et aliis Ecclesiasticis in Choro Cathedralis Ecclesiae Monast., praesentia Decreta seu mandata synodalia per infra scriptum Notarium elata et intelligibili voce pronunciata et publicata sunt.

In nomine S. S. et Individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti Amen.

Nos Ferdinandus Dei gratia Electus et Confirmatus Archiepiscopus Coloniensis, et Princeps Elector, Episcopus Monasteriensis et Leodiensis Administrator et Coadjutor Paderbornensis Hildesiensis et Bergtesgadensis, Princeps Stabulensis Comes Palatinus Rheni, utriusque Bavariae Westphaliae Angariae et Bullionis Dux, Marchio Franchimontanus Universis et singulis Cathedralis nostrae Ecclesiae Monasteriensis et Collegiatarum Parochialiumque Praelatis, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Canonicis, Rectoribus, Curatis et non Curatis, aliisque personis Ecclesiasticis Civitatis et Diocesis nostrae Monasteriensis salutem in Domino sempiternam.

Coelesti munere ad Monasteriensis Episcopatus Cathedram evecti nihil majore studio intendimus, quam honorem Dei subditorum nostrorum salute pace et felicitate quam maxime amplificare. Cum vera Divina bonitas ad eum finem varios Ecclesiasticorum ordines, quorum pietate probitate, et religionis studio juvaremur adjunxerit, in eo primo nostra cura jam ab initione regiminis versata fuit eos, quam maxime idoneos reddere, ut forma gregis facti ex animo, in se ipsis tanquam viva Exemplaria non solum externa professione, sed inculpatis et sanctis moribus expri-

Digitized by Google

merent, quod alii inferiores libenter et tuto sequerentur.

In primis vero ad compressendos seu obolendos abusus et indecentia quaecunque in quantum possimus, sacro sancti Concilii Tridentini Decreta tam doctrinam fidei quam reformationem vitae ac morum respicientia alias ab antecessoribus nostris vobis insinuata, de consilio et assensu Venerabilis Capituli Ecclesiae nostrae Cathedralis praesentibus vobis omnibus et singulis supra scriptis iterum et serio insinuamus, ac vos nihilominus monemus et requirimus, vobisque et vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatenus omnes et quascunque suspectas mulieres, non solum domibus vestris sed etiam civitatibus, oppidis et pagis ita à vobis excludatis, ut verisimiliter nihil sinistri possit aut valeat de iisdem aut vobis suspicari.

Item á crapula et ebrietate diligenter abstineatis, et vino vobis temperetis, nec ad bibendum quispiam incitetur cum ebrietas inducat mentis exitium et libidinis provocet incentivum.

Insuper Tabernas publicas, nisi forsan in itinere constituti, nullatenus visitetis. Ludox taxillorum et alios actus illicitos non frequentetis.

Usuras, Symoniam, officia et commercia saecularia per vos et alios non exerceatis, conspirationes contra vos invicem et maxime contra Praelatos et majores vestros non faciatis.

Tonsuram et vestes clericales, ultra genua propendentes gestetis, quas si non habetis, intra triginta dierum spatium easdem vobis procuretis cum effectu.

Beneficia vero Ecclesiastica habentes prout Beneficia eorum requirunt et exigunt, in quatuor proximis temporibus et deinceps aliis de Jure statutis ad sacros ordines se promoveri faciant et procurent. Coeterum mandamus vobis Ecclesiarum Parochialium Capellarum et Altarium Rectoribus, ut super Conjugii sacramento non permittatis subditos vestros amicabilem compositionem sive transactionem inire, sub poenis infra scriptis, et vestris Parochianis et subditis sub Excommunicationis poena inhibeatis ne fidem sibi mutuo dent clandestine et in occulto super Matrimonio contrahendo, vel etiam clam contrahant Matrimonium, sed publice coram praesbytero et aliis pluribus astantibus hoc faciant.*)

*) Vgl. M. Urk. Samml. IV. B. S. 21. —

Digitized by Google

Item omnes et singulos, qui Clandestinis nuptiis interfuerunt, in his scriptis excommunicavimus, nisi infra mensem â tempore contractus hujusmodi matrimonium officiali et sigillifero Curiae nostrae Monasteriensis revelaverint cum effectu, quod si non fecerint, ipsos singulis diebus Dominicis et Festivis Excommunicatos publicae nuncietis et teneatis, donec et quousque beneficium absolutionis literatorie â dicto officiali Nostro meruerint obtinere.

Monemus insuper Provisores et Structores Ecclesiarum et Capellarum praedictarum, quos per vos et quemlibet vestrum, sub poenis antedictis moneri praecipimus et mandamus, quatenus infra mensem â dato praesentium proxime et immediate sequentem Ecclesias, Capellas, Coemiteria violatas et violata, altariaque dotata, et nondum consecrata neque confirmata, reconciliari et consecrari procurent realiter et cum effectu. Requirimus omnes et singulos etiam Testamentarios et Executores testamentorum beneficiatorum defunctorum et quarumcunque personarum Ecclesiasticarum Civitatis et Dioecesis Monasteriensis, quatenus Sigilliferum Curiae nostrae praedictae de bonis testamentorum inventis infra mensem, de dispositione

eorundem bonorum inventorum infra annum, post obitum testatoris immediate sequentem, certificent et informent, eique rationem reddant et tenentur. Alioquin contra eosdem, prout de jure poterimus, Ecclesiastica Censura mediante procedemus, et manufideles sive Executores. Testamentorum sive ultimarum voluntatum illorum, qui ultera annum decesserunt et dicto Sigillifero nostro de bonis testatorum per eosdem inventis, nondum computum reddiderunt, licet tamen per Nos et nostra mandata ad hoc soepius fuerint requisiti, in hisce scriptis excommunicavimus, excommunicatos singulis diebus Dominicis et Festivis publice nuncietis et teneatis.

Insuper requirimus et in Domino adhortamus omnes et singulos Dominos Abbates, Priores, Praepositos, Diaconos, Archidiaconos et alios quoscunque de Jure vel consuetudine jurisdictionem, et subditos habentes conjunctim vel divisim, quatenus infra mensis spacium â dato praesentium proxime et immediate sequens excessus culpabiles suorum subditorum corrigant.

Et Beneficiatos quoscunque qui se â suis beneficiis hucusque absentaverint et absentant ad personalem residentiam cogant et inducant, sic quod nullus

beneficiatorum infra mensem Dioecesin (sic) et personali residentia sui beneficii, sine legitima causa et absque speciali licentia nostra aut sui Praelati se absentare praesumat alioquin negligentiam ipsorum Praelatorum supplere volentes contra ipsos delinquentes et personaliter non residentes prout Juris fuerit procedemus.

Inhibemus etiam universis et singulis Ecclesiarum Parochialium et Capellarum Rectoribus ne aliquis Monachos cujuscunque Status et ordinis fuerint, ac presbyteros extraneos ignotos in suis Ecclesiis et Capellis admittat ad divina, nisi primitus per Nos sive nostrum Vicarium in Spiritualibus fuerint approbati et admissi, et de eorum admissione per patentes literas sigillo Curiae Monasteriensis antedictae sigillatas, legitime constiterit.

Insuper mandamus vobis Rectoribus Ecclesiarum soepe dictis ac Clericis, ut intra Missas et alia Divina officia religione, ut decet, sitis induti.

In Casibus in quibus poenitentes ad superiores remitti debeant, eos studeatis diligenter informare, agentesque poenitentiam solemnem in die Jovis ad Ecclesiam nostram Monasteriensem reconciliandos transmittatis.

Cathechismum D. Petri Canisii diebus Dominicis ac Festivis, juxta modum et formam praescriptum in libello quodam nostro mandato edito, quem ad hunc finem omnes sibi coemere debeant, juventuti et rudi populo publice praeponatis.

Omnibus etiam Ecclesiasticis personis quam severissimè in virtute sanctae obedientiae inhibemus, ne quisquam imposterum prout factum esse cognovimus; convivas ad Nuptias contra honestatem Clericalem invitet.

Coeterum processus et mandata quoscunque et quaecunque authoritate Episcoporum Monasteriensium felicium recordationum, ac nostra voluntate et assensu emissos, et emissa et pluries â sacra synodo Generali in dicta Ecclesia nostra Monasteriensi celebrata in praesentia Praelatorum, et aliorum Clericorum Civitatis et Dioecesis Monasteriensis tunc ibidem congregatorum executos et executa, una cum statutis tam Provincialibus quam synodalibus in omni eorum forma praesentibus innovamus. Ipsosque et ipsa vobis universis et singulis supra dictis intimanus, insinuamus, et notificamus, ac eos et ea cum et sub poenis et censuris in iisdem contentis et expressis firmiter et

inviolabiliter observari praecipimus et mandamus.

Absentes vero qui ad sacram synodum absque nostra sive dicti nostri sigilliferi petita st obtenta licentia non venerunt vel qui sine religione dictam synodum intraverunt praesentibus judicamus contumaces et super hujusmodi contumacia, prout juris fuerit procedemus.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praesentes manus nostrae subscriptione et sigillo nostro communiri fecimus. Datum Monasterii 18. Mensis Martij Anno 1613.

Ferdinandt mpr.

(L. S.)

David Gilling.

Feria secunda post festum Gereonis et Victoris Martyrum proxima Authumnalis synodus.

His praelectis Serenissimus et Reverendissimus Princeps Archi-Episcopus Monasteriensis etc. mutato loco et sede Episcopali ordinaria ante summum Altare consedit, assistentibus utrimque Dominis D. Archidiaconis. Tunc nomine Reverendissimae Serenitatis suae pronuncia-

tum fuit, siqui ex Archidiaconis vel circumstante tam Ecclesiasticorum quam Laicorum multitudine gravamina habeant vel defectus sciant, quibus tollendis Reverendissimae serenitatis authoritas et potentia necessaria sit, ea libere denuncient nec quicquam eorum subtineant quae emendatione et correctione egere cognoverint. Ideo D. D. Archidiaconi quaedam oretenus quaedam scripto Reverendissimae suae serenitati proposuerunt; quibus benignissime acceptis, promisit Reverendissima sua serenitas curaturum se, ut omnibus et singulis necessitatibus remedia efficacia parentur, ut Dei honor Ecclesiaeque salus promoveatur et stabiliatur, et reliquis Ecclesiasticis et Laicis nemo prodiit qui aliquid sacrae Synodo exhiberet, itaque finis Synodo impositus est.

De mandato serenissimi et Reverendissimi Principis ac Domini Domini Ferdinandi Episcopi Monasteriensis et praemissa Synodalia Decreta seu mandata per me infra scriptum Notarium Anno et die specificatis in loco supra dicto clara et intelligibili voce pronunciata et publicata, reliquaque omnia sicuti posita sunt, gesta esse testor, ego Joannes Kolner Presbyter Pontificia et Caesaria authoritate pub-

licus, et in Venerabili Curia Monasteriensi approbatus Notarius.

Nro. VII.

A.

Cvm pro Episcopalis et Pastoralis Officij Nostri munere, ad quod Diuina miseratione vocati sumus, summo studio et vigilantia eo Nobis incumbendum sit, vtquae Clericali ordini et eius existimationi noxia; et saluti animarum quomodocunque aduersantia cognoscimus, non tantum auertere, sed pro Viribus Nostris funditus et radicitus exscindere atque euellere conemur, sane omnibus notum est, et experientia nimis luctuosis exemplis restatur, quantum foedissimus, et Clericis, qui Diuino obsequio sese manciparunt, indignissimus Concubinatus, et suspectarum mulierum cohabitatio ac frequentatio, dum antiquus serpens iterum per mulieres, Ministros Dei, et in eius sortem singulariter destinatos et vocatos, seducere nititur, tam apud eos qui extra Ecclesiam et foris sunt, et potius exemplo Nostro ac vitae sactimonia, ad gremium Ecclesiae postliminio reuocandi, quam vita Christi Seruatoris nostri, eiusque Apostolorum et Discipulorum doctrinae, Canonibusque Ecclesiasticis ac

Digitized by Google

Oecumenicis Conciliis prorsus contraria, inde velut arcendi ac deterrendi forent, Ecclesiastici Status existimationi, etiam in caeterorum, qui ab ea labe immunes ac innocentes sunt, commune praejudicium, vti fere, quae naturalis, post lapsum Portoplasti, humana imbecillitas est; plerumque homines, vix multorum bonorum statui ac vocationi suae conuenienter viuentium, exemplo tantum aedificantur, quantum paucorum malorum scandalo destruuntur; hucusque nocuerit; quam apud eos, qui adhuc in Ecclesia sunt, graui scandalo et offensioni semper fuerit adeo vt Parentum Nostrorum, et Nostra adhuc memoria, non integrae Parochiae, Pagi, Vici et Ciuitates, sed ferme Regiones et Prouinciae, hac praecipue occasione, ab Ecclesia Catholica ad haeresin, cum tot millium animarum aeternae salutis dispendio, desciuerint; Horret ea re profecto animus, dum seuerum Christi in eos, per quos scandala veniunt, judicium atque sententiam cogitamus. Matth. 18. Et non immature ac vane anxij sumus, ne longe seuerius adhuc judicium maneat eos, qni cum ejusmodi scandalorum occasionem tollere et possent et deberent, intempestiua tamen lenitate et conniuentia, alieno peccato sese vniuersim tanto obstringunt periculosius, quanto singulorum

UNIVERSITÄTS STAATS- BIBLIOTHEK MÜNCHEN

scandala, Superiorum tolerantia et conuenientia, (sic) crescunt securius. Non immerito igitur, Constitutiones Ecclesiasticae et Sacrosancta Concilia, exinde iam olim quam seuerissime statuerunt, ne Clerici cum muliere incontinentiáe suspecta, conuersationem ineant, alioquin excommunicandi, si contumaces sint, cap. 2. extr. de cohabit. Cleric. multo vero minus, vt suspectam domi foueant. cap. 1. extr. eod. quam rem et Concilium Tridentinum accuratius prosequens, Sess. 25. cap. 14. de reform. in haec verba saluberrimae constitutionis prorumpit, quae pro maiori energia verbotenus placet inserere: Quam turpe, ac Clericorum nomine, qui se Diuino cultui addixerunt, sit indignum in impudicitiae sordibus, impuroque concubinatu versari, satis res ipsa communi fidelium offensione, summoque Clericalis militiae dedecore, testatur: vt igitur, ad eam, quam decet continentiam ac vitae integritatem Ministri Ecclesiae reuocentur, populusque hinc discat eos magis reuereri, quo illos vita honestiores cognouerit, prohibet Sancta Synodus quibuscunque Clericis, ne Concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio,

Digitized by Google

in domo vel extra detinere, aut cum illis consuetudinem habere audeant, alioquin poenis a Sacris Canonibus vel Statutis Ecclesiarum impositis puniantur. Hactenus Concilium, vbi etiam grauissimas poenas exprimit, quibus contumaces, pro modo et qualitate delicti feriri possint, et debeant, prout etiam in statutis Nostris Synodalibus a Praedecessoribus Nostris huius Ecclesiae Episcopis, diuersis in locis, graues contra Concubinarios dispositiones ac poenae reperiuntur, nec non vltimus Praedecessor Noster, laudatissimae memoriae FERDINANDUS Archiepiscopus Coloniensis, et simul huius Ecclesiae Episcopus, singularem contra Concubinarios semper zelum ostendit.*) Hinc est, quod praefatis SS. Canonum ac Conciliorum Decretis, Nostrorumque Praedecessorum vestigiis sedulo inhaerentes, cum, pro dolor! aduerterimus, in pluribus locis huius Dioecesis, occasione hostilium in hac Patria turbarum, et multorum annorum bellici tumultus, quibus Ecclesiasticae disciplinae rigor commode exerceri non potuit, apud non paucos, cuiuscunque Status Clericos, etiam animarum curam gerentes, quauto cum

*) S. Münst. Urkb. I. Abth. S. 436 flg.

Digitized by Google

vnicae saluificae nostrae Catholicae Fidei ac Religionis apud hostiles milites et vicinos acatholicos opprobrio, et intemo (sic) fidelium scandalo, is nouit, qui omnia, vnicus Deus, foedum illum Concubinatum irrepsisse, et eorundem aliquos suspectas et scandalosas personas, ac Concubinas aut focarias, sine vllo rubore et verecundia, apud se publice et palam alere, et cum ijs coniugum instar, tanquam in legitimo et permisso matrimonio viuere, ex hoc vetito complexu sobolem suscipere, et dum Diuinis obsequiis, et animarum curae vacare eos oporteret, illarum alimentationi, et conquirendis pro earum sustentatione bonis temporalibus inhiare, quaeque Ecclesiae aut pauperibus Christi fidelibus, ex ijs, quae de fructibus Ecclesiae supersunt, eroganda, aut thesaurizanda forent, in spurios aut focarias suas conferre, atque exinde, cum gratia Dei his hominibus in publica scandalosa vita insordescentibus adesse neutiqnam possit, de vno scandalo in aliud prolabi, ac vitam a Clericali Statu prorsus alienam viuere, adeoque in cura animarum ac aedificatione fidelium, plus fere nocere, quam prodesse; nonnullos vero haud illis meliores, extra domum quasdam suspectas mulieres habere, quoad scandalosam tamen connersationem et con-

Digitized by Google

suetudinem in eadem cum reliquis culpa versari. Hinc de Consilio Venerabilis Nostri Capituli Maioris Ecclesiae, omnibus serio et clementissime mandamus, vt statim visis ac lectis hisce, eiusmodi Concubinas, focarias ac suspectas mulieres, Cleri opprobrium, ad tot ab habitatione sua milliaria a se remoueant, vt omnis suspicio et scandali occasio plane cesset, praefigentes ad hoc sex septimanas pro omni dilatione et termino peremptorio, infra quem coram Nobis aut Vicario Nostro, (cui vna cum Fiscali Nostro, in hanc rem inquirendi prouinciam, ita tamen vt Nobis de omnibus casibus, eorumque circumstantijs, accurate referat; serio ac seuere iniungimus, et desuper ipsius conscientiam oneramus) doceant et probent, se huic Nostrae Edictali constitutioni in omnibus plene paruisse; si vero, quod absit, huic Mandato Nostro non statim paruisse et mulieres eiusmodi a se non remouisse, post lapsum termini, conuictus quis fuerit, contra eum eamve, non tantum iuxta poenarum in Sacrosancto Concilio Tridentino, et Synodalibus Nostris constitutionibus expressum modum procedi faciemus, sed etiam, si tantam refractariae contumaciae malitiam deprehenderimus, vt mitior procedendi modus frustraneus sit, nullo personarum aut senij

Digitized by Google

habito respectu, brachium saeculare impartiemur, et Saecularibus Nostris Officiatis, Vrbiumque Magistratibus mandabimus, vt nullo metu violationis Ecclesiasticae immunitatis, quocunque in loco Mandata Nostra exequantur; saluo semper Archidiaconorum et Praelatorum jure, quod in Concubinarios Clericos aut alios, quomodolibet illis competit, et competere potest. In huius rei fidem Sigillum Nostrum subimprimi curauimus, et manu Nostra scripturam hanc roborauimus. Signatum in Vrbe Nostra Monasteriensi 4. Julij. Anno 1651.

Christophorus Bernardus Eps.

(L. S.)

Das ovale Biſchöfl. Siegel war auf ein über rothes Wachs gelegtes viereckiges Stück Papier gedruckt. Das ovale Wappenſchild, worauf die Biſchöfl. Miter ruhet, iſt in 4 Felder getheilet, wovon zwei gegenüberſtehende den Münſt. Balken, und das v. Galenſche Familien-Wappen enthalten. Rechts iſt ein Schwert, links ein Biſchofsſtab, wobei die Buchſtaben C. B. — EM ſtehen, angebracht.

Digitized by Google

Nro. XIV.

Vortreffliche Synodal-Verordnung des Münst. Bischofs Christoph Bernhard zur Beförderung des öffentlichen Gottesdienstes und des Schulwesens.

1675 26. März.

Ex Apographo ejusd. aetatis p. m.

Christophorus Bernhardus Dei et apostolicae sedis gratia Episcopus Monasteriensis, Administrator Corbejensis, Burggravius Strombergensis, S. R. J. Princeps, Dominus in Borkeloh etc. Venerabili Clero et dilecto Populo Dioecesis nostrae Monasteriensis salutem in Domino sempiternam.

Ut in Ecclesijs sollicitudini nostrae commissis divina officia ordinate peragantur, et fidelis populus per administrationem Sacramentorum, verbique divini praedicationem in fide, pietate et justitia certius proficiat, assentiente venerabili Capitulo nostro Cathedrali, sequentia in parochijs hujus Dioecesis nostrae exacte observanda decrevimus ac mandavimus, prout decernimus mandamus per praesentes.

1.

In omnibus Ecclesijs parochialibus sacrum missae officium Dominicis et festis

diebus celebrabitur hora nona antepomeridiana, et ubi Sacellani vel vicarij sunt, primum sacrum inchoabit, circa septimam matutinam per aestatem, per hyemem vero paulo serius. Sicubi vero tres aut plures sacerdotes fuerint tertium vel ultimum sacrum post habitam concionem legetur.

2.

Quicunque primum sacrum celebraverit, praeleget evangelium, jejunia et dies festos publicabit, ac praeterea ad quadrantem horae habebit catecheticam aliquam exhortationem.

3.

Sub missae sacrificio, praesertim tempore gradualis, offertorij, Canonis, Communionis, canentur semper piae Cantiones GERMANICAE tempori per annum accomodatae.

4.

Parochi per septimanam minimum bis sacrificium missae celebrabunt, ita ut semel, pro defunctis, semel pro vivis parochianis, ac patriae necessitatibus illud offerre obligentur.

5.

Ubi vero plures sacerdotes fuerint, is ab omnibus ordo servetur, ut in pa-

Digitized by Google

rochialibus Ecclesijs et stata quidem hora, videlicet septima per aestatem, octava vero per hyemem, una saltem missa legatur, et populus dato semper campanae signo ad hoc invitetur. — Quod si vero parochi, vel sacellani in Capellis, quae forsan in districtu parochiarum exstiterint, pro habitantis isthic populi commoditate subinde missam celebrarint, ij tune ad celebrandum in parochiali non obligabuntur.

6.

Curent parochi alijque sacerdotes, ut tam ornamenta altarium quam paramenta Sacrificantium, aliaque sacra suppellex cumprimis integra, munda ac nitida conservetur.

7.

In omnibus missis tam solennibus quam privatis post ultimam collectam in postcommunione recitandam ante conclusionem semper addatur: Et famulum tuum Cbristophorum Bernhardum antistitem nostrum una cum grege sibi commisso ab omni adversitate custodi et pacem tuam nostris concede temporibus, per Dominum etc. exceptis missis pro defunctis, et ubi concluditur per verba: Qui tecum vivit etc.

Digitized by Google

8.

Cum sine fide impossibile sit placere Deo, nec aliter adultis illa quam per auditum donetur, monentur parochi et concionatores Sanctum Dei verbum quanta potest fieri diligentia et sedulitate praedicent. Conciones autem ita disponantur aptenturque, ut apud imperitam plebem catechismum potius redoleant quam infructuosam orationem, nec minus res fidei quam morales in ijsdem clare et distincte tractentur, atque ita omissis omnibus quae ad doctrinam Christianam non pertinent, illa praecipue, quae unicuique ad salutem scitu factuque sunt necessaria, quaeque vitia declinare, quasque virtutes quilibet sectari debeat zelose doceatur.

9.

Dominicis ac festis diebus in civitatibus ubi religiosorum Monasteria, vel collegia extant, quando in parochialibus Ecclesijs concio habetur, Religiosi nunquam eodem tempore concionabuntur, sed quo Christi fideles opportunius ad sanctificandos dies illos incitentur, post prandium certa hora, quae tamen catechesin non impediat, aut alia opportuniore ad populum dicant.

Digitized by Google

10.

Et quia monet Apostolus bonum Deoque acceptum esse si pro regibus et principibus obsecrationes et orationes a subditis fiant, ut tranquillam vitam agamus in omni pietate etc. Concionatores omnes posthac finita Concione precatiunculam illam, quae praesentibus adjuncta est, una cum auditoribus suis publice recitabunt, monebuntque subditos obligationis suae, ut Deum qui qui orationibus humilium soepe praestat salutem sublimium, pro principis sui et Patriae incolumitate sedulo ac ferventer exorent.

11.

Cumque catechesis adeo necessaria sit, ut ex ea potissimum fidelium salus praesertim simpliciorum pendere dignoscatur, pastores in omnibus Ecclesijs parochialibus per totum annum, non solum Dominicis, sed etiam singulis festis diebus per semetipsos catechizabunt, curabuntque juventutem ac populum ad id certa hora et dato signo convocari.

12.

Et quia in hac dioecesi parochiae ampliores sunt, et multi ob locorum distantiam aliasque distractiones ad Ecclesiam parochialem accedere impediantur, ne tamen propterea ex defectu instructionis

Digitized by Google

rudiores animas aeterna damtionis periculo exponi contingat, parochi diebus festivis, omisso tunc in parochiali catechismo ad remotiores burschappias excurrent; ibidemque convocato ad certum locum et horam populo catechizabunt, idque tot diebus ibidem, et post successive alibi continuabitur, donec in ijs, quae necessitate medij ac praecepti scire omnes obligantur sufficienter instructos esse, certitudine morali constet.

13.

Ubi vero sacellani sunt, obligabuntur ij, tam dominicis quam festis diebus ad burschappias excurrere et praedicto modo catechizare, relicta pastoribus in parochiali catechizandorum cura.

14.

Religiosi autem qui curatis subsidio esse debent, quocum ijsdem proximorum salutem certius procurent, pariter ad burschappias excurrant ibidemque praescripto modo catechizent.

15.

Mandatur omnibus subditis et parochianis, ut Dominicis et Festis quilibet et singuli eorum sacrosanctae missae sacrificio et concioni vel catechismo intersint ita quidem, ut qui mane Sacro et

concioni interesse impediuntur, post prandium in catechismo infallibiliter comparere teneantur.

16.

Et ne per hoc, quod pecus pasci debeat, absentiam suam palliare queant, mandatur, ut pecudes tantisper vel domi detineantur, vel coeteroquin haec cura ijs, qui tempore antepomeridiano divinis interfuerunt, etiam patri vel matri familias per id tempus relinquatur.

17.

Ludimagistri tam in Ecclesijs parochialibus, quam burschappijs (siquidem isthic aliquis constitutus fuerit) cum juventute sua praesentes intersint catechismo, ac semper ante et post catechismum cantiones habeantur.

18.

Quominus etiam ab exercitio rei adeo salutaris fideles abstrahantur, nemo praesumet, dominicis vel festis diebus tempore divini officij, concionis vel catechismi in cauponis seu tabernis, vinum aut cerevisiam vendere vel bibere, caeteroqui venditor vel caupo in quinque florenorum, bibens vero in duorum poenam toties quoties declaretur.

Digitized by Google

19.

Utque mágis absentandi occasio praescindatur, nuptialia et baptismalia convivia ijsdem diebus haberi omnino prohibentur. Contrarium facientes omnes et singuli, capitatim mulctabuntur.

20.

Quicunque vero nec mane Sacro et concioni, nec post prandium catechismo interfuerint, pariter toties quoties mulctentur.

21.

Ut autem tanto accuratius absentium ratio habeatur, catechistae per se, vel custodes aut ludimagistros nomina singulorum speciali catalogo descripta recitabunt, aut alio modo curam gerent, qua absentes notari possint.

22.

Cumque juventutis instructio tanti momenti sit, ut ab ea totius propemodum christianae reipublicae tum salus, tum pernicies dependeat; hinc omnibus civitatibus, oppidis, págis, alijsque opportunioribus locis pro pueris utriusque sexus scholae germanicae alias erectae colantur et augeantur, ubi vero hactenus collapsae sunt, sine mora restituantur, vel si nunquam fuerint, praesertim etiam in remo-

Digitized by Google

tioribus burschappijs, loco habitantibus opportuniore omni studio et diligentia quantocijus erigantur.

23.

Sed cum graves subinde abusus oriantur, dum pueri puellaeque sub eodem ludimagistro et eodem simul loco docentur, volumus ubi juventus et communitas numerosior est, speciales pro puellis ludimagistras institui, ubi vero obtineri id necdum poterit, loco saltem pariete interposito pueros a puellis in scholis seorsim sedere et doceri.

24.

Pueri omnes a parentibus ad scholas mittentur, et ne qua pauperibus ob inopiam conquerendi, vel liberos a scholis abstrahendi detur occasio, decernimus egentiores gratis instrui, et nequid ludimagistris decedat pro minervali eorum solaria ludimagistris alias constituta, vel ijs deficientibus ex communibus pauperum reditibus certam portionem assignari debere.

25.

Parentes iis qui proles suas ad scholas mittere neglexerint, si egentiores fuerint, puniantur; si vero pos-

Digitized by Google

sint, duplum praeterea minerval ludimagistris persolvant.

26.

Ut autem scholarum et scholarium cura tanto sit major, ac praenarrata eo certiorem effectum consequantur; Pastores et Sacellani, scholas quot septimanis minimum semel visitabunt, et de earum statu, progressu, conservatione, scholarium numero etc. aliquoties per annum referent accurate.

27.

Ludimagistri, ac ludimagistrae omni omnino immunitate gaudeant, nec ullis ab officiatis nostris, vel magistratibus locorum oneribus publicis quocunque sub praetextu graventur.

28.

Et quò majore contentione rès fidei necessarias juventus addiscat, parochi vel alii sacerdotes de eorundem licentia desponsatorum matrimonijs nullatenus assistere praesumant, nisi praemisso examine de rebus scitu factuque ad salutem necessarijs, sufficienter instructi deprehendantur.

29.

Nemo parochorum vicariae alicujus onera vel officiationem in se recipiet, sed

vicarij seu beneficiati onera ipsa, quoad residentiam personalem, missarum celebrationem, assistentiam in choro et curam animarum, juxta fundatorum intentionem et edicta ac mandata alias publicata ipsimet realiter praestabunt, nec ullatenus praesument bona vel sortes capitales ad beneficia quomodolibet spectantia vel spectantes quomodolibet hypothecare, alienare, seu alio quovismodo deteriorare sub poena sacris canonibus inserta.

In quibus omnibus, ut eo certius, fidelius, et efficacius procedatur, mandamus archidiaconis et parochis nostris, ut in regiunculis et parochijs sibi commissis praeinsertam nostram ordinationem omni cura et studio exequantur; Satrapis vero, Quaestoribus, Praetoribus, Magistratibus locorum et alijs Officiatis nostris, ut quisque eorum quovis districtus sui loco in praedictis sollicite et studiose assistant, juvent, ac curent, quo enixa haec nostra voluntas debitum suum effectum sortiatur. In quorum fidem praesentes dedimus manu et sigillo nostris roboratas in Civitate nostra Monasteriensi die 23 Martij 1675.

Christophorus Bernhardus.

(L. S.)

V. J. Alpen Vicar. Gener. mpr.

Digitized by Google

Anm. Diese Synodalverordnung ist auch bei Harzheim Concil. Germ. Tom. X. p. 50 abgedruckt, wo jedoch in Nro. 22 die Worte: «ubi vero hactenus collapsae sint, sine mora restituantur fehlen. —

Nro. XV.

Verzeichniß der Archidiakonate der Münsterschen Dioeceſe.

Ex Apographo Director. Archidiacon. ab Everwino Droste etc. compilati ante ann. 1559.

Sedes synodales Archidiaconorum Cathedralis Ecclesiae Monasteriensis.

Horstmar, Ahaus, Bevergern, Sassenberg et similes Ecclesiae juxta castra Reverendiss. Episcopi Monast. subjacent Archidiaconatui Cancellariae, nunc suffraganeo vel vicario generali Episcopi.

Praepositus majoris Ecclesiae Monast.

Archidiaconus in Civitate Monasteriensi, exceptis Transaquensibus, et extra civitatem in Angelmodde, pro parte in alden Lunen ratione officii albi.

Digitized by Google

Decanus majoris Ecclesiae Monast.

Archidiaconus per immunitatem et Bocholt.

Thesaurarius majoris Ecclesiae pro tempore.

Archidiaconus in Vreden, Wullen, Alstedc, Gronau, Nienberge, Roxel, Alveskirchen, Lichtenau, Verseveld, Dincsperlo, Sivoldt, Rhede, Rhede prope Bocholt, Wessumb, Eype, Heeck, Lehr, Albachten, Grollo, Althen, Hengell, in des Heren bergland in der Herschaft Borkelohe. *)

Vicedominus majoris Ecclesiae pro tempore.

Archidiaconus in Ascheberg, Borck, Hulleren, Sutkirchen **) Halteren, Lippramstorf, Hervest cum Holsterhausen filia, Lembeck filia Wulffen, Rodde, Dodorff, Rorup filia. Telget cum Handorf, Westbeveren, Ostbeveren, Stromberg, Geisteren, Everswinkel, Bösensell, Eybergen.

*) Bredevoort iſt nicht bemerkt. N.
**) Nordkirchen fehlte. N.

Digitized by Google

Praepositus Mauritii pro tempore.

Archidiaconus in Hoetmar, Enniger, Vorhelm, Otmarsbocholt, Seppenrade, Senden, Westkirchen, Walstedde, Drensteinfurt, Selm, Olfen, Ludinchausen, Amelsbüren.

Cellerarius majoris Ecclesiae pro tempore.

Archidiaconus in Dulmen, Stadtlohn, Südlohn.

Praepositus in Beckumb, Archidiacon. in Beckumb.

Archidiaconus in Warendorff.

Warendorff, Milte, Einen, Füchtorff.

Archidiaconus in Billerbeck.

Billerbeck, Darveld, Holthausen.

Cantor majoris Ecclesiae pro tempore in Albersloh.

Praepositus Martini.

Ennigerlohe, Oelde, Diestedde, Wadersloh, Filia Capelle zu Ostholt*) Ostenvelde, Velleren, Sünninghausen, Hertz-

*) Andere Exempl. Osthove.

Digitized by Google

veldt, Vuchtorpe, Heefsen, Bockumb, Lipborg, Dolberge, Hövel.

Praepositus Ludgeri.

Rinckenrode, Sendenhorst, Borchorst, Borgsteinfurt, Nienkerken, Mesumb, Elte, Greven, Schüttorff, Gildehus, One, Herbern, Oldenberge, Nordwalde, Emsdetten, Rheine, Saltesberge, Emsbüren, Schepstorf, Saerbeck, Hemberge, Northorn.

Archidiaconus in Winterswick,
Praepositus in Borken.

Borken, Dingden, olden Schermbeck, Raesfeld, grote Reiken, lütke Reiken, Ramstorp, Velen, Osterwich, Erle, Brünen, Weseke, Gescher, Holtwick, Heiden.

Decanus Mauritii.

Gimbte.*)

Praepositus in Cappenberg.

Ahlen, Werne.

Praepositus in Varlar.

Coesfeld.

Decanus s. Martini.

Bulleren, Hiddinxel.

---

*) Andere Exempl. haben noch: Mauritii.

Thesaurarius s. Martini.

Havichsbeck.

Thesaurarius veteris Ecclesiae Monast.

Laer, Eggerode, Schöppingen, Asbeck.

D. Abba in Nottulen.

Nottulen, Apelhulsen.

D. Abba in Langenhorst.

Langenhorst, Ochtrup, Weteringen.

Thesaurarius ad s. Ludgerum.

Hiltrup.

D. Abba transaquensis.

In parochia transaquas et Nienberge.

Anm. Der kleine Codex, woraus dieſes Verzeichniß entnommen iſt, und wovon ich zwei ältere und eine jüngere Abſchrift beſitze, hat den Titel: Directorium archidiaconalis jurisdictionis in et per civitatem Monasteriensem et Dioecesin, habens excessus synodales nec non specialem recessum in puniendis delictis etc. pro summaria instructione etc. in usum Wilhelmi ab Elberfeld, Cathedr. Eccl. Monast. Canon. et archidiaconi, ab Everwino Droste J. U. Lic. et ad S. Martinum decano antiquitus conscript. nunc verò descriptum, et in hoc anno Millesimo sexcentesimo decimo sexto renovatum.

Digitized by Google

Nro. XVI.

Altes Verzeichniß der Archidiakonate der Münsterschen Dioeceſe, mit beigefügten Bemerkungen von jüngerer Hand.*)

Designatio Archidiaconorum Dioecesis Monasteriens. et parochiarum, cujuslibet jurisdictioni subjacentium.

1. Archidiaconatui Cancellariae subjacent quatuor oppida, Horstmar, Ahaus, Bevergern et Wolbeck et similes Ecclesiae cum parochiis illuc spectantibus.

(Dictus autem fuit inde Archidiaconatus Cancellariae, quia in jam dictis quatuor oppidis Episcopi Monasterienses olim sua castra habuerunt, et dum iisdem per plurimam anni partem insederunt, omnia necessaria et obvenientia ab ipsis directe vel ab eorundem deputatis, et sic ex Cancellaria Principis expedita sunt.)

(Hodie dicta oppida scilicet Ahaus, Bevergern et Sassenberg subsunt jurisdictioni ecclesiasticae Vicarii in spiritualibus generalis Episcopi.

Quod autem oppidum Horstmar attinet, a longo jam tempore **) decanus Collegiatae quae ibidem est

*) Ich habe dieſe größten Theils in Klammern eingeſchloſſen
**) Seit 1325 eine Collegiatkirche. M. U. B. 1. Abth. S. 344.

Digitized by Google

Ecclesiae Archidiaconatum exercuit et adhuc exercet, forsan ex gratia Episcopi illi collatum, quia nulla amplius ibidem reperitur et contingit residentia Episcopalis. *)

2. Praepositus Ecclesiae cathedralis est Archidiaconus in Civitate Monasteriensi, excepta tamen parochia Transaquensi (vulgo Ueberwasser, quippe in qua parochia Abbatissa nobilis coenobii Transaquensis ordinis s. Benedicti Archidiaconatum exercet.)

Deinde Praepositus majoris Ecclesiae etiam extra civitatem Monasteriens. est Archidiaconus in Angelmodde **) et pro parte quoque in alten Lunen ratione officii albi. ***)

3. Decanus majoris Ecclesiae est Archidiaconus per Immunitatem cathedralis Ecclesiae (adeoque rationa beneficiatorum quam etiam habitantium in hac immunitate saecularium.)

Item Decanus est Archidiaconus in Bocholt †) (Werth et Anholt, est sita est ex-

*) Bekanntlich wurde das Amthaus zu Horstmar durch den Hessischen Befehlshaber Rabenhaupt i. J. 1654 eingeäschert. (M. Urk. S. VI. Bd. S. 313.) Mithin sind diese Bemerkungen »Hodie dicta etc.« nach diesem Jahre geschrieben.

**) J. J. 1148 war der Domprobst Archidiakon über Liesborn. (M. U. S. IV. S. 109.)

***) S. unten das Registr. redituum.

†) Erst seit 1310, wo es bei der Stiftung der neuen

tra Principatum Monasteriensem et pertinet ad Principem Salmensem.)

4. Thesaurarius Cathedralis Ecclesiae est Archidiaconus in Vreden *) Wüllen, Alstede, Gronau, Nienborg, Roxel, Alverskerken, Rhede prope Bocholt, Wessum, Eipe, Heek, Leer, Albachten. (Nec non in Vreden quoad oppidum et parochiam abbatissa saecularis, quod ibidem est Canonissarum Collegii, pro choro et capitulo tam dicti Collegii, quam Canonicorum Collegiatae ibidem existentis ecclesiae, qui cum comitissis unum Capitulum constituunt, jurisdictionem Archidiaconalem exercet.)

Denique Thesaurarius est Archidiaconus in Lichtenau, Dinsperloh, Grolle, (Vrageren ecclesia filialis Ecclesiae in Grolle, Lichtenvoorde **) etiam filialis Ecclesiae in Grolle), Neede, Ahlten, Bredevort, Versevelt ***) Silvold, fili-

---

Pfarrkirche zur Bedingung gemacht wurde: quod Decanus Monasteriens. erit utriusque Ecclesiae Archidiaconus et patronus etc. S. mein M. Urk. B. I. Abth. S. 408.

*) Ueber das Archidiakonat »Vreden« vgl. die Urk. Nro. XII. S. 62 im IV. B. der M. Urk. S. und die Anm. S. 64, — ferner die Bulla erect. Episc. Daventr. Pii IV. a. 1559 ap. A. Miraeum Diplomat. Belg. cont. III. 535, auch Falke etc. p. 419.

**) Eine andere Abschr. hat diesen Ort nicht; vielleicht ist Lictenau derselbe.

***) Eine andere Abschr. hat den Zusatz: in des Herenberg-land in der Herrsch. Borkelow, Hulrod, Rhede.

Digitized by Google

alis Ecclesiae in Versevelt, Sinderen, Hengelo, Zellem.

5. Vicedominus Ecclesiae Cathedr. est Archidiaconus in Ascheberg, Bork, Nordkerken, Sudkerken, Halteren, Lipramstorp, Hulleren, Hervest, Holsterhusen, Wulffen, Rodde, Darup, (And. Dodorff et filia) Rorup, Telgte, Handrup, Ostbeveren, Westbeveren, Everswinkel, Stromberg, Bosensell. *) (Eine and. Abschr. hat hier noch Geisteren, Eibergen.) **)

6. Praepositus s. Mauritii extra muros civitatis Monasteriens. (qui semper eligitur ex gremio Canonicorum Cathedralis Ecclesiae) est Archidiaconus in Hoetmar, Enniger, Vorhelm, Oetmarsbocholt, Sepperade, Senden, Westkerken, Walstede, Drensteinford, Selm, Olfen, Lüdinghausen, Amelburen, Venne. ***)

---

*) S. M. Urk. S. II. Seite 171. Schon seit 1148 war ein zeitl. Domküster Archidiakon daselbst. —

**) Der Domküster vergab auch das Rectorat der Capellae s. Michaelis. In dem (No. 11.) angef. Verzeichniße ist bemerkt: «Vicariam Rectoratus Michaelis, prope curiam Episcopi confert D. Thesaurarius.» Diese Kapelle wurde vom Bischof Burchard erbauet. (Chartul. veter. Eccl. s. Pauli.)

***) Der liber ruber dieses Stifts, welcher im J. 1482 von dem Scholaster Magister Bern. Tegeder geschrieben ist, bemerkt (Fol. 58 b.) hierüber folgendes: «Habet praepositus Ecclesiae ratione praepositurae nostrae

7. Praepositus in Beckum (qui semper est canonicus cathedralis Ecclesiae) est Archidiaconus ibidem. (Vgl. Nunning Dec. I. p. 115.)

8. Cantor Ecclesiae Cathedralis est Archidiaconus in Albersloe.*)

9. Praepositus s. Martini in Civitate Monasteriensi (qui est Canonicus Cathedralis Ecclesiae.**]) est Archidiaconus in Ennigerloe, Oelde, Dingstede, Watersloe***), Hertfeld, Oentrup, Heesen, Bokum, Ostenvelde, Vel-

---

decem et tres Archidiaconatus, (Vgl. das folg. Verz. v. 1313) olim Dominis nostris instar majoris et veteris Ecclesiarum Monast. commissos, quorum multa jura interierunt, cum neque praepositus, neque Domini nostri unquam habebant oculum ad istorum ecclesias, dum mittuntur illuc Bufleti interdum, excorientes, non reformantes Gregem dominicum. Et soluit pro cathedratico ecclesiae nostrae singulis canonicis in festo Blasii IIII solid

Enynger soluit VI solid. nimirnm tres solid. bis in anno. Hoitmer VI solid. Vorhelm VI solid. West-Oestcnuelde VI sol. Walstede VI sol. Selem, Ludinchusen, Olfen, Amelincburen, Senden, Oitmarsbocholt, Seperode, Stenuorde vppen Drene VI sol. (waren bei jedem bemerkt.)

Item habet praepositus de Parochiis Amelincburen, Enynger, Hoitmar et Ostenuelde ratione petitionis tertii anni II moltia hordij et IX scep., II moltia auenae etc.

*) S. M. Urk. B. I. Abth. S. 410.
**) M. Urk. S. II. B. S. 335.
***) Eine andere Abschrift läßt hier folgen: filia Capelle in Ostholte. Vgl. M. U. S. II. B. S. 282 und 335.

Digitized by Google

deren, Sunninghusen, Lipborg, Dolberg, Hövel, et pro parte in Lette*)

10. Praepositus s. Ludgeri**) in civitate Monasteriensi (qui etiam est Canonicus Ecclesiae Cathedralis) est Archidiaconus in Rinkenrodde, Sendenhorst, Nienkerken, Mesum, Eilte, Greven, Herberen, Altenberge, Nordwalde, Emsdetten, Reine, Saltbergen, Emsburen, Schepstrup, Saerbeck, Hembergen, Borchorst, (quoad pagum scilicet et parochiam, nam quoad chorum et capitulum tam canonissarum saecularium nobilium, quam canonicorum, et infra immunitatem Abbatissae Borchorstensis jurisdictionem Archidiaconalem exercet.)

Item Praepositus s. Ludgeri est Archidiaconus in Borgteinford. (Sed in recessu***) inter Episcopum Monast. et Comitem Bentheimio Steinfurtensem inito, quoad civitatem et territorium immediatum Steinfurtense

*) Eine andere Abschrift hat noch: Westerfeld. Vgl. aber M. Urk. S. II. B. S. 335.

**) Diese Colleg. Kirche wurde, wie die zum h. Martin, vom B. Hermann II. gestiftet. — Die Urkunde, worin dem Propste derselben dieses Archidiakonat — wahrscheinlich auf ähnliche Art wie dem Propste zum h. Martin — auf immer vom Bischof übertragen wurde, habe ich noch nicht aufgefunden.

***) Hier ist wohl der Flintringsche Vergleich v. 1569 gemeint. S. M. Urk. S. VI. B. S 248.

Digitized by Google

jurisdictio Archidiaconalis est suspensa, dato pro indemnizatione Archidiacono certo capitali apud status Patriae elocato, extra territorium vero immediatum Burschapiae ad parochiam Steinfurtensem spectantes, obediunt Archidiacono.)

Nec minus dictus Praepositus est Archidiaconus in Schuttorf, Gilhues, One, Nordhorn comitatus Bentheimensis. (Enimvero tantum Burschapiae aliquot catholicae Archidiacono obediunt, sed opida Protestanticae religioni addicta eidem non parent.)

11. Unus ex canonicis Cathedralis Ecclesiae*) est Archidiaconus in Civitate et illuc spectante parochia Dulmen et extra Civitatem, item

12. Unus (eorum) est Archidiaconus in Pagis Stadtlon et Sudlon et parochiis illuc spectantibus.

13. Archidiaconatui in Warendorp subsunt civitas Warendorpiensis cum parochiis in et extra civitatem. Item pagi et parochiae Milte, Eine, Fuchtorp.**)

---

*) Eine andere spätere Abschrift liest hier: Cellerarius majoris Ecclesiae. In einem Verzeichnisse über die Archidiakonaten, Oblegien, Obedienzen ꝛc. des M. Domkapit. v. J. 1625 heißt es unter der Rubrik: Salarium Functionis Cellerariae Eccl. maj. monast. am Ende: »Praecipuum onus est, esse Praepositum et Archidiaronum Dulmaniensem.« Erst 1323 wurde die Pfarrkirche zu Dülmen zu einer Collegiatkirche erhoben. M. Urk. B. Erste Abth. S. 340.

**) S. die Urk. No. 146 im M. U. B. I. Abth. S. 411. un

14. Archidiaconatui in Billerbeck subsunt opidum Billerbeck *) et pagi Darvelt ac Holthusen cum parochiis.

15. Archidiacono in Wenterswick (qui simul est praepositus ad s. Remigium in Borken **) obediunt civitas Borken cum parochia nec non sequentes pagi Dingden, Alten Scherenbeck, Brunen ***), Raesfeld, grote Reken, lütke Reken, Ramstorp, Velen†) Osterwick, Erle, Weseke, Gescher, Holtwick, Heiden.)

(Not. Archidiaconi huc usque memorati omnes sunt ex gremio Canonicorum Ecclesiae Cathedralis.)

16. (In civitate Monast. quoad parochiam transaquensem ut supra sub 2. jam dictum est Abbatissa nobilis coenobii transaquensis, item extra civitatem in pago et parochia Nienberge est Archidiaconissa.)

17. Thesaurarius collegiatae veteris Ecclesiae in civitate Monast. est

---

die Anm. S. 403. Die Urk. der Einverleibung dieser Pastorat mit der Scholasterie wird nachgetragen werden.

*) Vgl. M. Urk. B. I. Abth. S. 398.

**) Seit 1433 eine Collegiat-Kirche. Cf. Nünning. Decur I. p. 193. Vorher, J. 1382, war noch ein Domkapitular. Archidiakon daselbst. Nünning l. c. p. 528.

***) Wurde in dem Vergleich v. 1575 an Cleve abgetreten.

†) Vgl. Nünning Decur. I. p. 202., wo man erfährt, daß Ramestorpe, Velen, Rekene, Brune, Winterswic, Gescher, Osterwic, Stensorde castrum, Borken, Schirenbeke und Dingede das Archidiakonat uppen Brame ausmachten.

Digitized by Google

Archidiaconus in Schöppingen et in pagis et parochiis Leer, Eggerode et Asbeck.

18. Decanus s. Martini in civit. Monast est Archidiaconus in pagis et parochiis Bulleren*) et Hiddingsel.

19. Thesaurarius ad s. Martinum est Archidiaconus in pago et parochia Havixbek.

20. Thesaurarius ad s. Ludgerum in Civit. Monast. est Archidiaconus in pago et parochia Hiltrup.

21. Decanus ad s. Mauritium**) extra muros civit. Monast. est Archidiaconus in parochia s. Mauritii et pago ac parochia Gimbte.

22. Praepositus nobilis Coenobii Cappenberg, Ord. Praemonstr. est Archidiaconus in Civitatibus Alen et Werne ac parochiis illuc spectantibus. (S. M. Urk. S. II. B. S. 170 und 281.)

23. Praepositus nobilis coenobii in

*) Vgl. M. Urk. S. II. B. S. 333. No. LXXXVI.

**) Bischof Hermann II. stellte i. J. 1177 in dieser Kirche zuerst einen Dekan an, und verband mit dieser Würde zugleich das Archidiakonat (Decania) über die Pfarre. «Videntes» sagt die Urk. «in Ecclesia s. Mauritii conventum nullo regi decano, vnanimi fratrum electione Decanum eis constituimus, assignantes - - - ei et omnibus successoribus suis decauiam de ejusdem Ecclesiae parochia.» Lib. ruh. Fol. 196.

Digitized by Google

Varlar, ord. Praemonstr., est Archidiaconus in civitate Coesfeld*), ac parochiis in et extra eam sitis.**)

24. Praepositus nobilis coenobii in Claerholtz, ord. Praemonstr. (quod extra Principatum Monasteriens. in Comitatu Rheda situm est) *) est archidiaconus in pago et parochia Beelen et pro parte in Lette.

25. Praelatus Coenobii in Marienfeld, ord. s. Bernardi, est Archidiaconus in pago et parochiis Harsewinkel et Greffen.***)

26. Abbas coenobii in Liesborn†), ord. s. Benedicti, est Archidiaconus in pago et parochia Liesborn.

27. Abbatissa saecularis et nobilis collegii canonissarum in Nottulen††) est Archidiaconissa in pagis et parochiis Nottulen, Appenhulsen et Scapdetten.

28. Abbatissa saecul. et nobil. collegii canonissar. in Langenhorst†††) est

---

*) Die Kirche zu Coesfeld war diesem Gotteshause einverleibt und wurde durch einen expositum verwaltet.

**) Auch in Lette. (Aus ungedruckt. Urkk.)

***) 1133 gestiftet. M. Urk. S. II. No. XXIV. S. 132.

†) Vgl. die Urk. v. J. 1185 bei Schaten ad h. a., wo das bannum Ecclesiae Hoswincle diesem Kloster überlassen wird.

††) Seit 1148. Vgl. M. Urk. S. IV. B. No. XXII. S. 109.

†††) Seit 1203. M. Urk. S. IV. B. S. 180.

Digitized by Google

Archidiaconissa in pago et parochiis Ochtrup et Langenhorst.

29. Abbatissa saecul. et nobil. Collegii Canonissarum in Metelen est Archidiaconissa in oppido et parochia Metelen et parochia ecclesiae filialis in Welbergen.

30. Abbatissa saecul. et nobil. collegii canonissar. in Freckenhorst est Archidiaconissa hujus collegii; item canonicorum collegiatae Ecclesiae ibidem, qui cum dictis canonissis unum capitulum constituunt; item vicariorum et pagi ac parochiae totius ibidem.

31. Abbatissa saecul. et nobil. collegii canonissar. et comitissar. in civitate Vreden*) est, prout jam supra dictum est, Archidiaconissa dicti collegii, item canonicorum collegiatae Ecclesiae et reliquor. beneficiator. nec non infra limites immunitatis ibidem habitantium.

32. Abbatissa nobil. et saecul. collegii canonissar. in Borghorst est, prout jam supra dictum, Archidiaconissa dicti collegii, capituli collegiatae Ecclesiae et reliquor. beneficiator., nec non intra immunitatem ibidem habitantium.

---

*) Vgl. M. Urk. S. IV. B. S. 64 und M. Urk. Buch. II. Abth. S. 507.

Digitized by Google

Anm. Aus den hier mitgetheilten Verzeichnissen und den beigefügten Noten lassen sich nun die vorzüglichsten Veränderungen, die mit den Archidiakonaten seit ihrer Erscheinung vorgegangen sind, einiger Maßen erkennen. Die erste Anstellung von Archidiakonen, und Einrichtung der Archidiakonate läßt sich aus bisher bekannten Urkunden nicht nachweisen; jedoch bestanden sie schon in der ersten Hälfte des zwölften Jahrhunderts (M. U. S. II. S. 281). Hier erscheinen sie aber schon so, daß man Grund genug hat, die Errichtung dieses Instituts in das XI. Jahrh. zu versetzen. Denn wir stoßen in jener Periode schon auf eingerissene Mißbräuche, auf geführte Beschwerden der Pfarrer gegen Anmaßungen und Druck der Archidiakonen, wovon uns die Urkunde des Bischofs Werner's v. J. 1148 (M. U. S. II. S. 170.) ein auffallendes Beispiel giebt. Man wird darin wahr, daß der Domküster (Dominus Frideric. Custos), der als Archidiakon zu Bösensell angesezt war, daselbst zweimal im Jahre Send hielt, und durch die geforderten Servitia (kostspielige Bewirthungen) den Pfarrer so sehr drückte, daß dieser bei dem Bischof schwere Klage darüber führte «ut nullus in eo (loco) presbyter (parochus) victualia consequi potuisset.» — Solche Erscheinungen, welche die einzigen der Art nicht werden gewesen sein, sprechen wohl nicht für ein erst seit kurzem gegrün-

betes Institut. — Bestanden nun aber die Archidiakonate schon im XI. Jahrhundert, wo bekanntlich die Gau-Verfassung noch nicht aufgehört hatte, indem wir noch einen pagus Dreni, und darin einen comitem Hermannum antreffen, so dürfte es nicht unwahrscheinlich sein, daß man, so wie in andern Dioeceſen, auch in der unsrigen bei der Einführung der Archidiakonate die alten Gaue berücksichtiget habe; — haben sich doch selbst die alten Namen «Archidiconat uppen Drene, — uppen Brame (ein Bezirk der Gau Westfalon)» noch spät erhalten. — Man hat keinen haltbaren historischen Grund, welcher zu der Behauptung berechtigen könnte, daß anfänglich nur für einzelne Pfarren, nicht für Bezirke mehrerer zusammenhangender Pfarren, Archidiakone von den Bischöfen seien ernannt worden. Zu jener Behauptung mag vielleicht das frühe Erscheinen von Archidiakonaten (bannum) über Kirchen, z. B. Liesborn, Werne, Alen, Harsewinkel ꝛc. veranlaßt haben, wobei man aber das Zusammenstellen älterer Urkunden und das sorgfältige Vergleichen miteinander unterließ. — Die Archidiakonate über einzelne Pfarren sind vielmehr, so scheint mir, als Aushebungen aus den schon bestimmten Archidiakonat-Bezirken, die von der Willkühr des Bischofs noch abhingen, anzusehen. — Zwar laßen sich alle, schon sehr frühe statt ge-

fundene Veränderungen, und dadurch veranlaßte Zerstückelungen der Archidiakonat-Bezirke aus Abgang der Quellen nicht mehr nachweisen; allein Manches wird man doch hierüber aus den von mir bereits bekannt gemachten Urkunden gewahr. So erhielt z. B. von dem Archidiakonate auf dem Oren a) der Abt zu Liesborn J. 1148 das Archidiakonat über die Kirche daselbst, welche vorhin zum Archidiakonate des Dompropstes (Henrich) gehört hatte (M. U. S. IV. S. 109.); b) die Propstei Cappenberg das Archidiokonat über Werne J. 1139 und Alen J. 1148 (M. U. B. II. S. 281.); c) das Stift St. Mauriz das Archidiakonat über Drensteinford, Walstede und Selm (das Jahr kann ich noch nicht angeben). — Im Jahre 1193 wurde von Hermann II. eine neue Einrichtung der Archidiakonate, und die zu jedem gehörenden einzelnen Pfarren in einer Dioecesan-Synode verabredet und festgesezt (M. U. S. II. 280). Schade, daß die Veranlassung dazu, welche sich jedoch wohl vermuthen läßt, und die getroffene Einrichtung selbst, in der Urkunde darüber nicht angegeben sind.—Indessen blieb sie nicht lange fest bestehen, diese Einrichtung; denn schon J. 1195 wurde das Archidiakonat über die Pfarre Nottulen der Abtissin daselbst von dem Bischofe übertragen (M. U. S. II. 284.), und i. J. 1217 wurde d) dem Propste zum h. Martin der größ-

te Theil des Archidiakonats auf dem Drene für immer verliehen (M. U. S. II. 331 flg). — Auch Propsteien anderer errichteter Collegiatkirchen und weltlichen Stiften waren Archidiakonate über einzelne aus der vorigen Archidiakonal-Verbindung gerissene Pfarreien übertragen worden, wodurch die alten Archidiakonat-Bezirke allmälig aus dem Zusammenhange gebracht wurden*), — Daß dieses die ersten und vorzüglichsten Veranlaßungen zu der Zersplitterung der Archidiakonat-Bezirke waren, weiset die Geschichte nach. — Die Bischöfe begünstigten in jener Zeit die entstandenen Abteien, Collegiatkirchen, und weltliche Frauen-Stifte auf alle mögliche Art; um nur ihren äußern Glanz zu heben. Sie entsprachen so wenig den Forderungen der Kirche von der Person eines Archidiakons, daß sie es wagen konnten, Weibern dieses wichtige Kirchenamt anzuvertrauen, welches sie in ihrem Namen verwalten sollten. — Ein großer Nachtheil für die Stifte selbst mußte hieraus hervorgehen, die dadurch der bischöflichen Aufsicht entzogen, zu einem ungebundenen Leben veranlaßt wurden, welches später dem Fürstbischof Ferdinand von Baiern J. 1616 zu einer Reformation derselben nöthigte**). — Die Bischöfe überhaupt schalteten mit den Archidiakonaten

*) So gingen mit den Freigerichten und Vogteien ähnliche Veränderungen vor.

**) Diese wichtige Verordnung ist oben unter Nris. VII, VIII, IX. mitgetheilt.

ganz nach Willkühr; ja sie gaben diese sogar zu Lehen. — So war ein Walter von Hussen mit dem Archidiakonate über Ochtrup und Wetteringen belehnt, welches i. J. 1204 dem Kloster Langenhorst übertragen wurde, als jener darauf verzichtet hatte. (M. U. S. IV. 188) Wenn das Domkapitel späterhin, J. 1231, (M. U. S. II. 281) nicht dahin gewirkt hätte, die noch nicht veräußerten Archidiakonate für immer an sich zu bringen, und seinen Würden einzuverleiben, um sie so der freien Disposition der Bischöfe zu entziehen; die Zerstückelungen derselben würden fortgewährt haben. — Jedoch mochten wohl andere Beweggründe, als heiliger Eifer zur Aufrechthaltung einer guten Kirchenzucht diese Einverleibung der Archidiakonaten mit den domkapitularischen Würden veranlaßt haben; denn die Geschichte zeigt uns diese Würdenträger eben nicht als solche, die im kirchlichen Geiste dieses Instituts handelten; sie verwalteten das wichtige ihnen übertragene Amt nicht in eigener Person, sondern ließen es, so wie andere kirchliche Obliegenheiten, z. B. die Abhaltung des Chors*), durch Stellvertreter versehen.

*) Bern. Westerrode in seinem Trauergedicht über den Religions-Verfall, sagt davon unter andern:

Si forte chorum visitat,
Non propter Jesum ibi stat,
Praesentiae spectator.
Mox habita praesentia
Cum magna vehementia
Recurrit ad mundana

(S. oben die Note zu 6.) Nicht das Wohl der Kirche in gemeinschaftlichem Hinwirken mit dem Bischofe und Pfarrern wurde bezwecket; nur durch diese erworbenen Kirchenstellen ihre, ohnehin reichen, Einkünfte zu vermehren, um ein recht angenehmes Weltleben führen zu können, dahin trachteten sie. Und so gescha es, daß diese Würdenträger, durch erschlichene Römische Bewilligungen, — welche die Rechte des Bischofs beeinträchtigten — mehrere Pfarreien, als Billerbeck, Warendorf, Beckum, Telgt, Alberslo, Bocholt, erhielten, ihren Prälaturen einverleibten, den Namen «veri pastores» führten, die Pfarreien durch schmal besoldete Miethlinge verwalten ließen, und die Pfarreinkünfte selbst in Ruhe genossen *) (M. U. B. I. Abth. S. 398. folg.). — Um sich aber einen Begriff davon zu machen, was solche Prälaten als veri pastores von den Pfarreinkünften — abgesehen von den Archidiakonal-Emolumenten — jährlich zu genießen hatten, sei hier noch folgendes bemerkt. Nach einem i. J. 1625 geschriebenen Buche über die Archidiakonate,

---

Sequentibus consociis
In seculi negotiis
Multiplicat profana. etc.
De corrupto Eccles statu Poemata. Edita II. p. 98.

*) Nam solet active dici pastor, quasi pascens;
Sed nunc passive fertur, quia pascitur hiscens
Turpiter ad dona Praelatus, nec satiatur
Cuncta vorando bona, quid turpius esse putatur?
Poemat. citat. p. 121. —

Digitized by Google

Obedienzen und Oblegien des Domkapitels hatte der Archidiakon von Warendorf als Pastor daselbst von den an Bürgern verpachteten, vor dem Ost-, Freckenhorster-, Münster- und Emsthor gelegenen Gärten, Ländereien und Kämpen jährlich über 222 Rthlr. Pacht; der Archidiakon von Billerbeck, wo er verus pastor war, sogar das Missaticum einzunehmen. In dem angeführten Verzeichnisse heißt es, Rubr. sequentes dant Rev. Dom. Archidiacono in Billerbeck Missaticum, et colligitur in ordine ut sequitur, Feria tertia vel quarta post Trium Regum Hordei parvae mensurae.» Nun folgen die einzelnen Bauerschaften und die darin liegenden Erbe mit der Bemerkung, wie viel jedes an Meßkorn geben muß. Das Ganze beträgt 73 Scheffel Münst. Maßes. Die verpachteten Ländereien zu Gerstenpacht brachten 196 Scheffel Coesf. M. ein; die Gewinngelder (arrha) betrugen 48 Rthlr.; die Ländereien zu Haferpacht brachten 113 Scheffel Pacht auf; die Gewinngelder machten 23 Rthlr. u. s. w.

Die Verbindung der Archidiakonate mit den Prälaturen zeigte sich bald nachtheilig für das bischöfliche Ansehen selbst; die Archidiakonen überschritten zu oft die Gränzen ihrer Befugnisse, griffen in die bischöflichen Rechte ein, und traten nicht selten der Gerichtsbarkeit der weltlichen Behörden zu nahe. — Man suchte zwar durch Verträge, wie die von 1576 mit der Regierung, und

1615 mit dem General-Vikariate u. s. w. und die Ernestinische Constitution alles wieder ins Geleise zu bringen; — allein das Institut sank immer tiefer, und mußte endlich, da es vom wahren Geiste der Kirche nicht mehr belebt wurde, gänzlich aufhören, wie alle übrigen kirchlichen Institute wovon dieser Geist entwichen war.

Gern möcht' ich hier noch einige Bemerkungen über das Archidiakonat des Domküsters, welches sich über einen Theil der ehemaligen Gau Hameland erstreckte, wie auch über die vormaliche Herrschaft Lon u. a. hinzufügen, sie lassen sich aber nicht kurz fassen; und da ich die Gränzen einer Anmerkung schon zu weit überschritten habe, so muß ich sie für einen der folgenden Bände zurückbehalten. —

Nro. XVII.

Otto, Bischof zu Münster, unterwirft die Pfarrkirche zu Vreden wieder der Gerichtsbarkeit des Archidiakons, wovon sie Bischof Everhard getrennt hatte.

1302.

Ex Chartular. Eccles. Cath. Monast. L. II. Dist. VIII. N. V.

Otto dei gratia Monast. Ecclesie Episcopus Dilecto sibi in Christo Arnoldo de

Dest preposito ecclesie beati Lutgheri Monast. et archidiacono sinceram in domino Karitatem Cum ecclesia Vredenen. parochialis quoad jura synodalia alienata fuerit de facto per Reuerendum Dominum Euerhardum quondam Monast. Episcopum predecessorem nostrum felicis recordationis et vobis alias providerimus de ipsa ecclesia cum omni jure suo synodali ipsam ecclesiam reannectendo archidiaconatui vestro in Gronlo seu Vredensi et coadunando jura Synodalia dicte ecclesie vobis conferimus iterato ipsamque annectimus archidiaconatui vestro predicto et confirmamus per presentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum Datum in die beati remigii anno Domini M°.CCC^mo secundo.

Anm. Ich bemerke hier, daß man zu der Zeit noch das Jahr von Ostern anfing, welches wohl zu berücksichtigen ist, um in den Daten der Urkunden des folgenden Bischofs Conrad v. J. 1306 keinen Widerspruch zu finden. — Erst i. J. 1313 wurde von Bischof Ludwich verordnet, das neue Jahr mit dem ersten Januar anzufangen. Vgl. Münst. Urk. S. IV. B. S. 5. In der Cölnschen Dioecese, wo man ebenfalls das Jahr von Ostern anfing, war schon 1310 von dem Erzbisch. Henrich verordnet: «Statuimus etiam, ut ex

nunc de caetero annns Domini observetur, et in Nativitate Christi innovetur quolibet anno prout sacrosancta Romana Ecclesia id observat. —» Cf. Statuta provincial. etc. Coloniens. Colon. 1554. p. 82. Also abweichend von dem Statut des Münst. Bischofs Ludwich, welches ebenfalls zur Berichtigung der Daten in diesen Urkk. zu bemerken ist. — Vgl. F. Helwig's Zeitrechn. S. 61 und L'art de verifier les dates p. 15.

Nro. XVIII.

Erneuerung und Feststellung des Gregorianischen Zehnten aller Kirchen, Klöster und Kapellen der Münsterschen Dioecese, unter Bischof Ludewich.

1313.

Ex Tomo I. Chartularii Cath. Eccles. Monast. lib. I. Distinct. VII. N. XXIII.

In nomine domini amen. Vniuersis Christi fidelibus hanc publicam scripturam inspecturis. Nos Ludevicus dei gratia Monast. ecclesie episcopus notum esse cupimus in perpetuum per eundem. Quod vna cum Decano et capitulo Archidyaconis locorum . . Prioribus et Prelatis no-

Digitized by Google

stris maturo consilio et deliberatione prouida circa hoc habitis facta collatione ad inuicem moderni Temporis et antiqui secundum quorum temporum differentiam redditus et prouentus beneficiorum ecclesiasticorum per nostras Ciuitates et dyocesin constitutorum dinoscuntur in plus et minus ac aliter et aliter se habere, receptaque olim per dictos - - Decanum et Capitulum a singulis locorum et ecclesiarum personis sufficienti fide de singulis et certis quantitatibus reddituum singulorum habito nichilominus respectum*) ad antiquam Registrationem quam prout in Instrumentis legitimis super solutione decime Gregoriane factis et coram nobis examinatis contineri vidimus omnes redditus et prouentus ecclesiastici dictarum ciuitatum et dyocesis nostrarum excepta Frysia fuerint decimati ipsam antiquam Registrationem presentis jnstrumenti munimine roborantes et innouantes ac etiam non absque multa sollicitudine communi consilio et prouidentia prout infra sequitur moderantes. Volumus et statuimus vti si aliquando ex urgente necessitate uel euidenti vtilitate Decima Tertia uel quarta uel alia pars aliquanta dictorum ecclesiasticorum red-

*) resptu, muß aber respectu heiſſen.

Digitized by Google

dituum aliquotiens fuerit prestande prestetur et solvatur secundum moderationem et taxationem ipsorum ecclesiasticorum redituum et prouentuum infra scriptas ex nunc perpetuo valituras--In cujus testimonium per Johannem Vorenholte clericum publicum jmperiali auctoritate notarium ad hoc specialiter uocatum. de hac registratione ejusque innouatione et aliis premissis mandauimus confici hoc publicum jnstrumentum pro vero et rationabili registro juxta vires omnium facultatum ecclesiarum ciuitatum et dyocesis Monast. excepta Frisia predicta sollicite et diligenter per nos taxatarum habendum in ecclesia nostra perpetuo et tenendum. Cui etiam instrumento ad majorem firmitatem nos Ludwicus Episcopus predictus sigillum nostrum duximus apponendum. Registratio vero sequitur in hunc modum.

	Marcas.		Marcas.
Cathedralis ecclesia Monast. sexcentas	DC	Varlere	XL
Vetus ecclesia sancti Pauli ibidem	XXX	Claustrum ste. Marie Monast.	XL
Ecclesia sti. Ludgeri Monast.	XXX	Sti. Egidii ibid.	XX
Ecclesia sti. Martini Monast.	XXX	Vrekenhorst	XL
— sti. Mauritii prope muros	XL	Metelen	XL
Ecclesia Bekemens.	XXX	Vredene	XL
Claustrum campi sancte Marie	LXXX	Borghorst	XL
Leesberen	XL	Notlen	XXX
Kappenbergh	LXXX	Asbeke	XX
		Langenhorst	XX
		Hoonholte	X
		Sancte Marie in Roode	X
		Cosueld	X
		Vinnenbergh	X

Digitized by Google

	Marcas.
Rengerinch	X
Lette apud Claholte	X
Burle	XX
Archidiaconatus Decani Monast.	
Bocholte	XXIIII
Bredenasle (sic)	III
Archidiaconatus prepositure sti. Martini.	
Enyngerlo	XII
Osternostenuelde	VI
Lette vnam marcam.	
Oellede	XVI
Velheren	VII
Dystede	VIII
Wardeslo	VIII
Hertuelde	X
Lypborgh	VIII
Vnttorpe	VIII
Dolcberghe	VIII
Heesnen	IX
Houele	V
Bochem	VI
Sunnynchusen	II
Prepositura sti. Ludgeri Monast.	
Noua ecclesia prope Benthem	III
Nordhorne	IX
Brantelget	II
Msjor plebanj in Scuttorp	XIII
Minor plebanj ibid.	VII
Oon	VI
Rene	XXV
Saltesberghe	V
Sorbeke	IX
Greuen	XII
Detten super Emsam	VIII
Borchorst	X
Nortwolde	VIII
Oldenberghe	VIII
Sendenhorst	XVIII
Herborne	X
Rynkenrode	V
Rede	VI
Alten	IX
Dynxperlo	II
Verseuelde	VIII
Seelfwalde	XX
Henghele	VIII
Selehem	V
Grolle	XXXII
Reede	VIII
Vredene qua habetj ecclesia	XIII
Wullen	XIIII
Wessem	X
Alstede	IIII
Heeck	III
Eepe	XVI
Leere	VIII
Horstmere	XVIII
Rokeslere	VIII
Alueskerke	IX
Noua Ecclesia apud Rene xxx Solidos.	
Decanus in Nyenborg	X
Archidyaconatus Cantoris Monast.	
Nortloon	X
Sutlon	IIII
Albertesloo	VIII
Archydyaconatus sti. Mauritii.	

Digitized by Google

	Marcas.
Seendene	x
Seepenrode	x
Olflen	x
Selehem prope boslere	x
Otmersbocholte	IIII
Amelyncburen	VI
Stenuorde in dreno	XV
Walstede	IX
Vorehelme	VI
Enynghere	IIII
Westenen Ostenuelde	III
Hoodman	V
Ludynchusen	XV
Archidyaconatus Vicedomini.	
Stromberghe	XVIII
Rector sancte crucis ibidem	VIII
Euerswinkele	XII
Ostbeueren	IX
Westbeueren	V
Handorpe	I
Ascheberghe	IX
Nortkerken	X
Sutkerke	IX
Borgh	III
Hulleren	II
Heruorst xxx Solidos.	
Lembeke	V
Wulfhem	II
Lippe Ramstorp	xxx sol.
Gheesteren	V
Etberghe	XII
Dodorpe	IX
Rodorpe xxx solid.	
Bosenselle	IIII
Halteren	XVI
Theelget	XV

	Marcas.
Archidiaconatus in Wynterswik.	
Wynterswik	XII
Ghesghere	XIIII
Osterwik	IX
Hooltwik	IIII
Stenuorde castrum	XXX
Buren	XII
Scepesdorpe	II
Ramstorpe prope Borken	X
Veelen xxx solidos.	
Borken	XXXV
Rekene	V
Schyrenbeke	III
Dynghede	II
Brunen	VIII
Heydene	III
Herlere	I
Raasuelde xxx solidos.	
Bylrebeke	XVIII
Capella sti. Ludgeri	IIII
Nutlen plebanus	IX
Hyddingselle	I
Vene	II
Laare	IX
Vicarius in Ostbeueren xxx solidos.	
Wetterynghe	XVI
Lecden	XII
Cosuelt s. Lamberti	XVIII
Dulmene	XXV
Woltbeke	X
Hyltorpe	III
Bulleren	VIII
Sti. Jacobi Monast.	XI

Digitized by Google

	Marcas.		Marcas.
Sti. Nicolai ibid.	III	Myllethe	III
Sti. Seruatii Monast.	VI	Metelen	XIIII
Vicarius s. Katerine ibid.	IIII	Scopynghe	XX
Sti. Lamberti Monast.	XX	Lestberen plebanus	VII
Decanus ste. Marie	X	Nyenberghe	VI
Warendorp vetus eccles.	XXV	Sti. Viti in Meteln	IIII
noua ecclesia ibid.	VIII	Lunen	VI
Eenen	III	Hooswynkele	VIII
Greuene	IIII	Ghymmethe	III
Vrekenhorst	X	Angelemude	VI
Alen, vetus eccles.	XVI	Daaruelde	VI
noua eeclesia ibid.	VIII	Weernen	XIIII
Hauekesbeke	XII	Appenhulse	III
		Ochthorpe	X
		Wuchtorpe	V
		Schaapdetten	I
		Dulmene castrum	IIII
		Egghenrode	II

Actum in domo decani ecclesie Ludgeri Monast. anno domini M°,CCC°.XIII Indict. XI. Mens. April. die XI. qui fuit ferya quarta ante Tiburtii hora post nonam, In presentia Johannis notarii supra dicti et testium subscriptorum videlicet Conradi de Lone militis Dedolfi dicti Kanne Bernardi de Bentlage Johannis Dabeke famulorum. Euerhardi dicti hane ac Alberti de Marburgh Clericorum ac aliorum fide dignorum ad premissa specialiter uocatorum. Et ego Johannes de Vorenholte clericus Monast. publicus jmperiali auctoritate notarius supra dictus premissis omnibus et singulis vna cum

Digitized by Google

prenotatis testibus interfui et de mandato reuerendi patris et domini domini Ludwici Monast. ecclesie Episcopi predicti ea fideliter conscripsi et in hanc publicam formam redegi et meum signum consuetum apposui vna cum sigillo dicti domini Episcopi quod jnstrumento huic est appensum.

Anm. Das hierin aufgestellte Verzeichniß der Archidiakonate ist das älteste welches ich kenne. Man sieht aber leicht, daß die unter dem Archidiakonat Winterswik nach «Raesfeld» aufgeführte Kirchen zu diesem Archidiakonate nicht gehörten, da von den meisten derselben z. B. Nutlon, Uberwasser, Alen, Werne, Harsewinkel u. a. die vor 1313 längst bestandenen Archidiakonate in diesen Urkundensammlungen schon nachgewiesen sind. — Welches Bewandniß es übrigens mit den Archidiakonaten so vieler anderen, hier genannten Kirchen, z. B. Billerbeck, Warendorf, Dülmen u. a., worüber wir nachher besondere Archidiakonate antreffen, damals gehabt habe, gehört nicht hieher zu untersuchen. Man vergleiche indeß dieses Verzeichniß mit den zwei vorhergehenden wie auch die Urk. No. LXXI. v. J. 1193 im II. B. meiner Münst. Urk. S. und die Anmerk. S. 281. —

In Friesland waren von den Bischöfen Decani angesetzt, welche ähnliche Bestimmun-

gen wie die Archidiaconi hatten. Vgl. Münst. Urk. B. I. Abth. S. 88, 89 folg.

Nro. XIX.

Das Domkapitel zu Münster legt die Irrungen bei, welche in Hinsicht der jährlichen Einkünfte für die Erhaltung der Kirche u. s. w. zwischen dem Archidiakon, Pfarrer und der Gemeinde zu Lünen obwalteten.

1335.

Ex eodem Chartular. Eccles. Cath. Monast. L. II. Dist. VIII. No. XVIII.

Nos Gotfridus dictus Rike decanus totumque Capitulum Ecclesie Monast. Vniuersis presentibus et futuris presentes literas visuris et audituris publice protestamur quod ratione cujusdam controuersie siue litigii alias moti inter honorabilem virum dominum Machārium de Lynebeke nostrum concanonicum tunc temporis archidiaconum et Godefridum de Marborgh verum pastorem ecclesie in Lünen ex vna et parochianos ecclesie ejusdem parte ex altera super redditibus et pensionibus ad structuram ecclesie jam dicte an-

nuatim hactenus debitis amicitiam compositionem et concordiam vnanimem fecimus et funditus ordinauimus ex arbitrio dictarum partium nobis libere resignato hujusmodi mediantibus conditionibus infra scriptis. Videlicet quod plebanus aut vices gerens ejusdem ecclesie in Lünen quicunque pro tempore fuerit . et duo ydonei parochiani ibidem de cetero debeant et teneantur preesse siue prouidere antedictis redditibus et pensionibus ad ejusdem ecclesie structuram et ad alia diuina officia ibidem necessaria dumtaxat pertinentibus. Specialiter quidem iidem plebanus aut vicegerens et duo parochiani truncum situm in dicta ecclesia quoad pecuniam innibi oblatam regant et custodiant mediantibus tribus clauibus variis et distinctis quarum vnam plebanus aut vicegerens alias vero duas claues duo parochiani ad hoc vt premittitur deputati fideliter possidebunt. Qui truncus singulis annis ex nunc continuis semper in dominico die post festum pasche proximo quo cantabitur quasi modo geniti presentibus jam dictis trium clauium rectoribus reserabitur . quo reserato immediate duo solidi de pecunia inde reperta cedant plebano uel vicegerenti et pecunia residua ad vsum fabrice ecclesie predicte et aliorum ad diuina officia ibidem necessario-

rum utpote calicum casularum et librorum nec non hiis consimilium fideliter exponetur. Ceterum conditionatum est expresse et condictum . quod de oblationibus et deriuaminibus cujuscunque generis aut conditionis deriuatis et prouentis de circumferentia ymaginis beate Marie virginis et sancti olei ejusdem hactenus celebrata fieri et consueta ibidem semper in festo pentecostes prouisores dicte ecclesie in Lunen dimidiam marcam denariorum tunc temporis ibidem oblatorum ad luminaria dicte ecclesie specialiter exponendam . de residua vero pecunia . plebanus aut vice gerens tertiam partem in suos vsus proprios conuertendam. duas deinde partes iidem prouisores tollent pacifice et percipient ad fabricam et ad alia necessaria ut premittitur dicte ecclesie solummodo exponendas . Insuper quicquid de cetero deriuabitur de hominibus in dicta ecclesia in honorem beate Marie virginis ponderandis quod in Wlgo dicitur weghen*)

*) Es war ein alter Gebrauch, der sich noch spät in Belgien erhalten hat, daß man kranke Kinder zu den Gräbern der Heiligen, oder den Altären, worin ihre Reliquien aufbewahrt wurden, brachte, und sie hier wägen ließ. Statt des gleichen Gewichtes wurde dann eben so schweres Korn, Brod, Wachs u. d. g. gewählt, welches darauf zu Ehren der Heiligen geopfert wurde, in der

Digitized by Google

plebano dicte ecclesie in Lunen aut vicegerenti ejusdem tantummodo cedet et integraliter presentetur . prouisores vero dicte ecclesie in Lunen suis comparochianis vno termino inter ipsos acceptato . singulis annis computum facient omnibus de perceptis. In quorum omnium euidens testimonium et firmitatem premissorum sigillum meum ad causos vna cum sigillis predictorum Macharij de Lynnebeke Archidiaconi . Gotfridi plebani dicte ecclesie nec non oppidi in Lunen duximus presentibus literis apponendum. Datum anno domini M°CCC°.XXX quinto ipso die beati Martini episcopi.

Hoffnung, daß das kranke Kind durch die Fürbitte desselben gesund werden mögte. Gewöhnlich legte man diesem Opfer noch einiges Geld bei. — Vgl. „Du Cange Glossar. Tom. V. ad Voc. Ponderare". Col. 637. Edit. Paris 1734.

Digitized by Google

Nro. XX.

Merkwürdige Urkunde, worin der Bischof Adolph zu Münster, das Domkapitel und die Archidiakonen, mit Einstimmung der übrigen Capitel zu Münster festsezen, daß von den Archidiakonen keine Exuvien von den Geistlichen der Dioecese in der Zukunft mehr sollen gefordert werden, dagegen aber sollen dieselbe nicht mehr verpflichtet sein, den zweimal im Jahre zu den General-Synoden kommenden Geistlichen die Tafel zu geben; die Geistlichen aber jährlich eine Mark an die Camerâle (Chorsänger) am Dom entrichten.

1359.

Ex Chartular. Saec. XIV. Lib. II. Dist. VIII. N. VI. Tabular. Eccles. Cath. Monast.

Adolphus dei et apostolice sedis gratia Electus Ecclesie Monasteriensis. Otto prepositus Hermannus decanus totumque capitulum ac Singuli Archidiaconi ejusdem ecclesie notum facimus vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras visuris seu audituris publice protestantes per easdem quod nos vnanimi de consensu scitu voluntate et approbatione dilectorum nobis in Christo decanorum prepositorum et capitulo-

Digitized by Google

rum ecclesiarum veteris Ecclesie sancti Pauli sancti Ludgheri sancti Martini Monast. ac sancti Mauritii extra muros Monast. ceterorumque prelatorum et capitulorum secularium ciuitatis et dyocesis Monast. Archidiaconatus in eisdem ciuitate et dyocesi habentium capitulariter congregati ac capitulum propter hoc specialiter facientes matura deliberatione prehabita . vtilitate et communi bono totius cleri predictarum ciuitatis et dyocesis pensatis vniuersos et singulos eorundem ciuitatis et dyocesis clericos ab exuviis ipsorum et cujuslibet eorundem cum et quotiens aut quilibet ex ipsis mori aut decedere contingerit hucusque suis Archidiaconis datis . debitis et solutis . ac etiam dandis et soluendis ab isto die in antea perpetuo . ex certis justis et rationabilibus causis nos ad hoc mouentibus exemimus et eximimus ac libertauimus et libertamus in hiis scriptis. Dantes et concedentes eisdem clericis et eorum cuilibet tam presentibus quam futuris pro tempore existentibus plenam et liberam potestatem de libris equis vasis argenteis ac quibuscunque rebus suis mobilibus et immobilibus libere et sine aliqua contradictione cujuscunque testandi agendi faciendi ordinandi et disponendi in vita et in morte

Digitized by Google

suis . pro libitu voluntatis eorundem secundum canonicas sanctiones consuetudine contraria quacunque hactenus obseruata non obstante . quam abolentes cassamus irritamus et annullamus perpetuo per presentes . quodque predicti Archidiaconi et quilibet ipsorum in recompensam hujusmodi libertatis concesse clericis supra dictis. ab expensis omnibus. (quas) singulis annis duobus anni temporibus ipsis clericis per eosdem archidiaconos in generalibus synodis Ecclesie Monäst. sepedicte huc usque solitis debitis et consuetis amministrati sunt . maneant et habeantur perpetuo supportati . prefati quoque clerici sub eorum propriis sumptibus et expensis propter libertatem hujusmodi ipsis factam ac perhennem memoriam premissorum omnium certos annos redditus vnius marce denariorum Monast. legalium et bonorum choralibus siue cameralibus sepefate Ecclesie Monast. singulis annis certo temporis termino dandos et soluendos procurabunt. Et in majorem premissorum omnium et singulorum certitudinem sigilla nostrum Adolfi electi . Ottonis prepositi ac capituli ecclesie Monast. vna cum sigillis Capitulorum Ecclesiarum veteris eccle-

Digitized by Google

sie Sancti Pauli . sancti Lutgheri . sancti Martini ac sancti Mauritii extra muros Monast. presentibus litteris sunt appensa. Et nos capitula Ecclesiarum predictarum recognoscimus omnia et singula premissa de consensu scitu et voluntate et approbatione nostrum omnium et singulorum procedere et processisse nosque sigilla nostra presentibus appendisse in testimonium veritatis eorundem. Datum anno Domini M°.CCC°. quinquagesimo nono . decima quinta die mensis Januarii.

Nro. XXI.

Gerhard, Biſchof zu Münſter, beurkundet, daß Engelbert, genannt Dekincbroke, Droſte der Domkapitularen zu Münſter, dem teutſchen Ordenshauſe daſelbſt aus dem Hauſe Sconeveld, welches er von ihm zu Lehn trug, jährlich drei Malt Hafer überlaßen habe.

1266.

(Auszug.)

Ex Chartular. Tabular. Domus Teuton. s. Georg. pag. 207.

Gerhardus Dei gratia Ecclesiae Monasteriensis Episcopus omnibus praesens

scriptum visuris notum facimus, quod Engelbertus dictus de Deckincbroke Dapifer venerabilium virorum canonicorum nostrae Ecclesiae contulit nostro - - - - consensu domui teutonicae fratrum sancti Georgii in Monasterio redditus trium molt avenae - - - ex manso sive domo dicto Sconevelde, quam ipse feudi titulo tenet a nobis, annuatim solvenda etc. —

Actum apud castrum nostrum Woltbeke anno dominicae incarnationis M°.CC°. sexagesimo sexto circa medium mensis Septembris.

Anm. Wir finden hier noch den Familien-Namen des Domkapitularischen Drosten «Deckincbroke», in andern Urkunden Dekenbroke, gewöhnlich aber Derenbroke. Im Laufe der Zeit aber, da dieses Drostenamt, wie scheint, von dem Vater auf den Sohn übergegangen war, ist dieser Name durch den Amtsnamen Dapifer, Drosethe, Droste, verdrängt worden, der hernach auch, wie der gemeinschaftliche Tisch, und mit ihm das Drostenamt einging, von der Familie Derenbroke beibehalten wurde; eben so wie die früheren bischöflichen Drosten aus der Familie von Wulfheim ihren Familien-Namen mit dem Amtsnamen umgetauscht hatten, der dann auf ihre Descendenten mit Veränderung des ältern Wappens übergegangen war. Die Drosten vom Geschlechte

Digitized by Google

Derenbroke gehörten zu den Erbmännerfamilien, und führten einen geflügelten gekrümmten Fisch (Hecht, wie scheint) im Wappen. An einer Urk. v. 1350, worin «Everwinus Drotzethe, Hadewigis vxor legitima conjuges, Alardus, Hadewigis - - - - prefatorum etc. liberi et veri heredes, Cives Monasterienses» dem Albert Latberge, Bürger in Münster, zwei Mansen zur Markebeke in der Pfarre Roxel überlaßen, hängt das in braunes Wachs gedruckte dreieckige Siegel mit einem gekrümmten und geflügelten Fische im Schilde; die Umschrift ist * S' Everwini de Derenbroc. Späterhin aber verliert sich auch allmälich in den Siegeln dieser Familienname. — Im J. 1539 lebte «Hinrich Droste seligen Jo. Drosten uppn Honekampe (in Ueberwasser) bynnen Münster Sonn.» Er führte das nämliche Siegel mit einem Helme, die Umschrift aber war S' Henrich Droste.

Anm. 2. Die vorstehende Urk. war durch Versehen der I. Abth. beigefügt. Sie gehört, wie man leicht sieht, zu den Urkk. über das Domkapitel. (III. Abth.)

Digitized by Google

II.

1) Ueber

Capitulationen und ertheilte Privilegien Münsterscher Bischöfe.

2) Ueber

die Postulation des jungen Herzogs Johann Wilhelm von Cleve ꝛc.

Nro XXII.

Johann, erwählter Bischof von Münster, verspricht dem Domkapitel, denselben Eid, den seine Vorgänger geschworen haben, bei seinem Einzuge in die Stadt zu leisten

1363.

Ex Autographo.

--Johannes Dei et apostolice sedis gratia Ecclesie Monasteriensis Electus . dilectis nobis . Dominis . preposito . decano . Totique capitulo Ecclesie nostre predicte salutem in Domino sempiternam, Noueritis quod omnia juramenta . vobis capitulo . et Ecclesie Monasteriensi per nos prestanda et a predecessoribus nostris prestita et prestari debita et consueta . in primo introitu nostro prestabimus et prestare bona fide promittimus . dubio procul moto. In premissorum testimonium fidem sigillum nostrum quo ad presens vtimur et vti intendimus quam diu sumus in hoc statu presentibus duximus

apponendum - - Datum . Bunna . Anno Domini . M°.CCC^mo LXIII°. crastino festi sanctorum Gereonis et Victoris martirum.

(L. S.)

Das Siegel von gelb=grünlichem Wachse, welches an einem von der Urkunde zum Theil abgelöſ'ten pergam. Streifen hing, enthielt nur ein dreieckiges Schild mit dem Münſt. Balken, in deſſen Mitte ein kleines dreieckiges Wappenſchild mit den Baiernſchen Rauten angebracht war, ohne alle Umſchrift. —

Nro. XXIII.

Pabſt Urban (VI) beſtätigt den gewählten Heydenrich Wolf als Biſchof von Münſter.

(1381.)

Ex Autogropho tabul. Eccles. Cath. Monast. transcripsit Kindlinger. Tom. XV. p. 196.

Mspt.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis et populo Civitatis et Diocesis Monast. salutem et apostolicam benedictionem. Apostolatus officium quanquam nisi ex alto commissum quo Eccle-

Digitized by Google

siarum omnium regimine presidemus utiliter exequi coadjuvante Domino cupientes soliciti corda redime ----- regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores preficere studeamus qui commissum sibi gregem dominicum sciant non solum exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant duce Domino salubriter regere. Sane ecclesia monast. ex eo vacante, quod nos nuper venerabilem fratrem nostrum Pothonem Zwerinensem, tunc Monasteriensem episcopum, licet ipsi Monasterien. ecclesie cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice Potestatis plenitudine absolventes ipsum ----- pastore carentem, auctoritate apostolica duximus transferendum, preficiendo ipsum eidem Zwerinensi ecclesie in Episcopum et pastorem, nos ecclesie Monast. celerem et felicem de qua nullus preter nos ea vice se intromittere potuerat neque poterat, pro eo quod nos diu ante vacationem omnium ecclesiarum cathedralium per translationes per nos faciendas de prelatis eorum ubilibet constitutis ad alias cathedrales — Vacaturarum ordinationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque scienter vel ignoranter

Digitized by Google

contingeret attemptari, ne ipsa ecclesia Monast. prolixe vocationis exponeretur incommodis paternis et s----tes post deliberationem quam de proficiendo eidem ecclesie Monast. personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus -----tem demum ad dilectum filium Heydenricum Wolf electum Monasteriensem tunc canonicum ipsius ecclesie Monast. in minoribus ----- de literarum scientia vite munditia honestate morum spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque mult ----- laudabilia testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona ipsius ----- eisdem fratribus ob dictorum suorum exigentiam meritorum accepta ipsi Monast. ecclesie de predictorum fratrum consilio auctoritate illi prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Monast. ecclesie eidem Heydenrico electo in spiritualibus ------ mittendo in illo qui dat gratias et largitur premia, confidentes quod eadem ecclesia per ipsius Heidenrici circumspectionis industriam --- itam sub suo felici regimine dextera Domini sibi assistente propitia salubriter et prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritu ------- incrementa. Quocirca Universitatem vestram rogamus monemus

Digitized by Google

et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes ---------- patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes, ejus monitis et mandatis ---------- in vobis devotionis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum apud sanctum Pe--------

Anm. Das Original dieſer Urkunde dienet zum Umſchlag oder Decke des Münſteriſchen Lehnbuchs oder Lehnprotocolls des Biſchofs Otto von Hoya.— Dies bemerkt Kindlinger am Rande der Abſchrift. S. 196.

Nro. XXIV.

Die älteſten Artikel, welche die gewählten Münſt. Biſchöfe beſchwören mußten.

Ex Autogr. membr. Tabul. Cathedr. Eccles. Monast. Rubr. Juramenta Episcopor. No. 1.

Articulos subscriptos jurabit - - Episcopus . manu propria tactis sacrosanctis ewangeliis —

Digitized by Google

Primus Articulus est . quod Jura . Priuilegia . Statuta . et honestas Capituli et ecclesie . Consuetudines, inuiolabiliter obseruabit.

Secundus est quod ecclesiam Monasteriensem et clerum in personis et rebus et maxime bona, et res Capituli . sicut propriam personam, et res defendet.

Tertius est quod bona Ecclesie . non alienabit . nec dilapidabit . sine consensu Capituli . sed illicite alienata pro suis viribus reuocabit.

Quartus est . quod faciet judicium . et justitiam in terra . nec aliquas exactiones faciet per se . vel per alios . in clericos, vel bona clericorum . et maxime Capituli sine consensu ipsius Capituli speciali.

Quintus est . quod si aliqua pheoda majora vacare contingerit . de illis sine consensu Capituli de nouo neminem inpheodabit.

Sextus est . quod statuta Synodalia . nec aliqua alia faciet sine consensu Capituli.

Septimus est . quod nec - - Abbates. nec Abbatissas . nec prelatos . nec - prelatas confirmabit nisi sibi fuerint . a Capitulo presentati . juxta consuetudinem primitus obseruatam.

Digitized by Google

Octauus est . quod - - questionarios vel petitores . sine consensu capituli non admittet.

Nonus est . quod nec - - prelatos . nec prelatas . religiosos . vel religiosas, nec aliquem clericum . cujuscunque conditionis vel status existat . sine consensu Capituli priuabit . vel etiam degradabit.

Decimus est . quod Archidiaconatus dimembratos reintegrabit, nec ipsos - - Archidiaconos in sua jurisdictione . vel suis juribus primitus obseruatis molestabit. —

Vndecimus est . quod - - officiatum . vel officiatos non constituet, nec destituet. Castra . Ciuitates . Oppida . Villas . munitiones . Jurisdictiones et redditus ad mensam suam spectantes . non alienabit. nec pignori obligabit nec literas pignorationum seu repressalias . in gravamen suorum subditorum dabit vel concedet . sine consensu Capituli.

Duodecimus est . quod nec Tutorem generalem faciet, seu constituet . nisi de Capituli seu - - Vasallorum . et - - ministerialium consensu. Et vnumquemque sibi subditum . in suis juribus, et consuetudinibus antiquis . et rationabilibus permittet . et pro suo posse et nosse conseruabit - - Ac literas. Sigillis - - pre-

Digitized by Google

decessorum suorum . et Capituli sigillatas . et cum ipso sigillandas obseruabit.

Ego N. juro ad hec sancta Dei ewangelia corporaliter per me tacta . quod pro meo posse . et nosse . inuiolabiliter obseruabo . jura . priuilegia . statuta - et honestas Capituli et ecclesie istius consuetudines et articulos alios jam predictos . Sic me Deus adjuuet vel sancti patres . qui sancta ewangelia conscripserunt.

Das erſte Transfix war folgendes:

Nos Heydenricus Dei et apostolice sedis gratia electus Monasteriensis notum facimus vniuersis . quod omnes et singulos articulos supra scriptos cum eorundem contentis . quibus hec nostra litera dinoscitur transfixa . jurauimus ad sancta Dei ewangelica per nos corporaliter tacta presentibus et juramus inuiolabiliter obseruare - - In quorum omnium testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Sub anno Domini millesimo Trecentesimo, octuagesimo secundo, Dominica die proxima ante festum beati Martini Episcopi.

Das Siegel dieſes Transfixes war von dunkel grünem Wachſe; rund, ungefehr 1½" im Durchſchnitte, es enthielt ein dreieckiges Schild, worin der Münſt. Balken angebracht war, in

Digitized by Google

dessen Mitte sich im dreieckigen kleinen Schilde das Familien-Wappen des Bischofs (ein aufsteigender Löwe) befand; hinter demselben sah man den Bischofstab. Die Umschrift war abgefallen.

Das zweite Transfix war folgendes:

Nos Otto Dei et apostolice sedis gratia electus Monasteriensis Notum facimus vniuersis - - Quod omnes et - singulos - articulos supra scriptos cum eorundem contentis - - quibus hec nostra litera dinoscitur transfixa, Jurauimus ad sancta Dei ewangelia, per uos corporaliter tacta presentibus, et juramus inuiolabiliter obseruare. In quorum omnium testimonium et firmitatem, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, Sub anno Domini Millesimo Trecentesimo, nonagesimo secundo, Dominica die proxima post festum assumptionis beate Marie virginis gloriose.

Das runde Siegel von rothem Wachse, 2" im Durchmesser, stellte das Brustbild eines Bischofs vor, der die Rechte zum segnen aufgehoben hält und in der linken den Bischofstab hat. Dies Brustbild ruhet auf zwei Wappen, wovon das erste den Münst. Balken, das andere das Familien-Wappen des Bischofs Otto von Hoya vorstellt. — Man bemerkt an allen fol-

Digitized by Google

genden Urkunden dieses Bischofs das nämliche Siegel.

An der Prinzipalurkunde des Capitels hängt an grünen und röthlich-gelben seidenen Fäden das ovale Capitels-Siegel in dunkel-grünem Wachse. Es ist ungefähr 2" lang und 1 ¼" breit, und stellt das unter einem gothischen Throne stehende Bild des h. Pauls vor, der in der Rechten ein Schwert und in der Linken ein Buch hält. Um das Haupt ist ein Nimbus. Die Umschrift ist S. Capitvli et eccl. – – onaster – – –

Anm. Diese ist die älteste Eidesformel für die Münst. Bischöfe, welche sich im Domarchive vorfindet. —

Digitized by Google

Nro. XXV.

Artikel, welche der Münst. Bischof, Henrich von Moerse, beschworen hat.

1424.

Juramentum Episcopi.

Ex Autographo transcr. Kindlinger Ms Tom. 27. p. 59.

Primus articulus est, quod jura priuilegia statuta et honestas ecclesie et capituli consuetudinis inuiolabiliter obseruabit, nec intromittet se de aliqua jurisdictione infra Emunitatem ecclesie Monast., et infra tempus a canonibus diffinitum faciet se in Episcopum consecrari, nec contra hoc aliqua dispensatione vti debet.

II. Item quod Ecclesiam Monast. ac clerum in personis et rebus, et maxime bona et res capituli et Ecclesie predicte, sicut propriam personam defendet, nec aliquos premissornm sua venatione gravabit, nec canibus venaticis vel servitiis aut vecturis seu Wynghelt, nec vaccis, seu pecunia que dicitur Coghelt, onerabit, sed super his omnibus se referet ad dictamen et moderamen Capituli, cujus arbitrio in hoc stabit.

III. Item quod bona Ecclesie Monast. non alienabit sine consensu Capituli, sed illicite alienata pro suis viribus revocabit

Digitized by Google

et recuperabit, et faciet cudi monetam ad dictamen capituli et ipsam pro suo posse in esse conservabit, ne in pondere vel valore defraudetur.

IIII. Item quod faciet judicium et justitiam in terra, nec aliquas exactiones faciet per se vel per alium seu alios in Clericos, vel bona clericorum, et maxime Capituli Ecclesie monast. sine consensu Decani et Capituli Ecclesie predicte speciali. Nec constituet Officialem vel sigilliferum sine consensu Decani et Capituli predictorum, qui quidem officialis et sigillifer, quandocunque et quotiens Decano et Capitulo placuerit, removeri debent per Dominum Episcopum, et alii loco eorum de consensu Decani et Capituli predictorum surrogari.

V. Item quod (nec) statuta synodalia, nec aliqua alia faciet sine consensu Decani et Capituli Ecclesie supra dicte, Nec officiatum vel officiatus seu aliquem alium loco eorum constituet, nisi de licentia capituli supra dicti, et eum seu eos quandoque requisitus fuerit per capitulum, removebit, et alium seu alios de consensu capituli surrogabit.

VI. Item quod nec Abbates nec Abbatissas, nec prelatos nec prelatas confirmabit, nisi sibi fuerint a Capitulo Ecclesie Monasteriensis presentati, Nec prelatos vel prela-

Digitized by Google

tas, nec religiosos vel religiosas, nec aliquem clericum vel presbiterum, cujuscunque conditionis, status, gradus vel ordinis existat, sine consensu Capituli per se vel alium seu alios captivabit, privabit, vel etiam degradabit.

VII. Item quod questuarios in Civitate vel Dyocesi Monast. sine consensu capituli Ecclesie Monasteriensis non admittat.

VIII. Item quod Archidiaconatus Ecclesie Monasteriensis dimembratas reintegrabit, nec ipsos Archidiaconos in eorum jurisdictionibus, vel suis juribus et consuetudinibus per se vel alium seu alios quovismodo molestabit, nec se de Archidiaconatu Frisie aliquatenus intromittat sine consensu ipsius archidiaconi.

IX. ☐ Item si aliqua pheuda majora vacare contigerit, etiam castra fortalitia, villas aut hujusmodi, de illis sine consensu Decani et Capituli Ecclesie Monast. neminem inpheodabit, ac nobilibus liberis, vel heredibus masculini sexus non existentibus, bona que tenentur ab Ecclesia Monasteriensi, sive Manghut sive Denstmanneghut, per successionem hereditariam devolvi permittet ad filias, si non fuerint filii, sicut ad filios. Nec aliqua bona hujusmodi occupabit, nisi ea penitus sibi fuerint per vasallos suos adjudicata, nec ea tunc ultra annum et di-

Digitized by Google

em retinebit. Et si infra illud tempus nec masculini nec feminei sexus heredes comparuerint, sicut tenentur, tunc debet illa bona alicui persone ad hoc habili conferre, et nequaquam sibi reservare vel mense sue deputare.

X. Item si nobiles viri subditi seu vasalli et homines Episcopatus Monast. habeant vel se habere pretendant actionem inter se, in hoc Dominus Monasteriensis debet eos amicabiliter componere, quod si facere non poterit, tunc pretendens se habere actionem, poterit eam proponere coram Domino, et tunc Dominus decidet eam secundum jus vel rationabilem patrie consuetudinem, et si aliqua partium renuerit parere hujusmodi sententie, tunc Dominus juvabit partem parere volentem. Si vero aliquis subditorum pretendit se habere actionem sive causam adversus Episcopum, illa cedari debet per capitulum in amicitia, vel decidi secundum jus vel consuetudinem, et illi decisioni Dominus acquiescere debet vt ceteri canonici Ecclesie Monast., sed super bonis feudalibus respondebit coram vasallis.

XI. Item castra, civitates, oppida, villas, jurisdictiones et redditus ad mensam Episcopalem spectantes seu spectantia, non alienabit, nec pignori obligabit, nec ad cujuscunque alterius nisi ad manus

Digitized by Google

capituli dimittet, nec literas pignorationum seu repressaliarum in gravamen Dyocesanorum Monast. dabit vel concedet sine consensu Capituli supra dicti.

XII. Item quod nec Tutorem generalem faciet vel constituet, nisi de Capituli Ecclesie Monasteriensis consensu, et vnumquemque in Episcopatu Monasteriensi sibi subditum in juribus suis privilegiis et consuetudinibus rationabilibus permittet et premissos omnes defendet pro suo posse et nosce, ac consuetudines et jura et priuilegia premissa atque literas sigillis predecessorum suorum Episcoporum et Capituli Monast. sigillatas, et cum sigillo suo ac sigillo Capituli sigillandas observabit.

XIII. Item Gweras vel diffidationes aut confederationes cum quocunque non ordinabit vel faciet sine consensu Capituli predicti.

XIIII. Item de bonis ab illegitime natis vel aduenis, post mortem eorum relictis ea ratione, quia sunt illegitime nati vel aduene, non debet se aliquo modo intromittere, nisi infra tempus successor aut heres, prout deberet, legitimus non appareret.

XV. Item in pecuniis recipiendis pro absolutionibus et literis sigillandis, mo-

Digitized by Google

dum curie Coloniensis, juxta etiam moderamen Capituli supra dicti obseruabit.

XVI. Item si aliquis hominum in Dyocesi Monast. se ipsum interimeret, quod Deus avertat, in bonis seu hereditate, per ipsum relictis nichil juris idem Dominus occasione mortis illius sibi vendicabit, sed bona illius ad proximiores devolvuntur heredes, nisi occasione excessus aut aliarum causarum ad Dominum essent devoluta.

XVII. Item exuvias et Herwedias in territorio, Civitate et Oppidis Monast. per mortem cujuscunque relictas, nec ipsi, nec sui successores recipere debent, sed ille recipiet, cui jure hereditario debentur, reservatis sibi et successoribus suis Heerwediis talibus, sicut eis ratione bonorum Manghut et Denstmanneghut de jure debentur. —

XVIII. Item si in territorio, Civitate et Oppidis Monast. aliqua hereditas vacaverit, illa permittet recipi et deportari ab illo, cui de jure debetur.

XIX. Item quod nec ipse neque sui judices seculares aliquem de alieno foro ad forum suum vocabunt, sed unumquemque sibi subditum coram judice sub quo moratur, et coram quo respondere tenetur impeti permittet.

Digitized by Google

XX. Item quod in omnibus suis nundinis non impediet aliquem per se vel officiatos seu judices suos in emendo vel vendendo, sed circa hec consuetudo servabitur antiqua, nisi quis verbo vel facto demeruerit. —

XXI. Item Officiati sui non facient militaribus vel civitati et opidis Monast. Koslach.

XXII. Item non debet alicui injuriari in suis Burgherichte, Markgherichte vel in Marke.

XXIII. Item non recipiet Thelonium vel pecunias pro vecturis vinorum, alias quam ab antiquo consuetum est. —

Nos Henricus de Morze Dei gratia Postulatus Ecclesie Monast. notum facimus vniuersis, quod omnes et singulos articulos supra scriptos cum eorundem contentis, quibus hec nostra litera dinoscitur apposita, juravimus ad sancta Dei ewangelia per nos corporaliter tacta presentibus, et juramus inviolabiliter observare. In quorum omnium testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, sub anno Domini M°.CCCC°, vicesimo quarto. —

(L. S.)

Das runde Siegel, in rothes Wachs gedruckt, enthielt ein dreieckiges Wappenschild mit dem

Münſt. Balken, in deſſen Mitte ein kleines dreieckiges Wappenſchild mit einem Querbalken angebracht war. Die Umſchrift: † S' henrici de Morse postulat. Mon.

Zuſätze.

Ultra alios articulos seu punctos in alia cartula conscriptos electus seu Postulatus jurabit infra scripta.

Primo quod ab hac hora in antea fidelis adjutor erit Dominorum Decani et Capituli ad defensionem Castri Schonebeke ac jurium et pertinentiarum ejusdem contra comitem et comitissam de Teykeneborch et quoscunque alios, omni tempore, et sicut propriam personam suam defensabit castrum et Dominos cum juribus antedictis.

Item si discordiam, quod Deus auertat, inter prefatos Dominos, Decanum et Capitulum ac Ciuitatem, seu proconsules et consules vel communitatem civitatis Monast., aut militares vel vasallos Dyocesis Monast., communiter vel divisim exoriri contingat, tunc partem prefatorum Dominorum, Decani et Capituli fideliter tenebit, eosque in eorum familiaribus ac rebus et bonis omnibus, presertim duabus libertatibus seu Emunitatibus dictis

Digitized by Google

vulgariter Bivange tho Schonevlete vnd to Schonowe*) defendet, et fovebit totis viribus atque posse.

Item ad reparationem molendini juxta castrum Schonevlete tam in circumductionibus aquarum quam omnibus et quibuscunque ad dictum molendinum et ad conservandum illud necessariis, eosdem Decanum et Capitulum juvabit toto posse.

Item Castrum Ottenstene et Burgum ejus demoliri faciet ad voluntatem et dispositionem Decani et Capituli Ecclesie Monasteriensis infra tempus per eosdem assignandum.

Item tenores duarum literarum, quarum una quondam Herberto de Langen per Capitulum, altera vero quondam Johanni Pikenbroeck pie memorie Dominum Ottonem de Hoya predecessorem suum de consensu Capituli date sunt, observabit et adimplebit.**)

Item quod de bonis et hominibus ad officium Wetinctorpe, neque redditus neque exactiones aliquas annuatim recipiet, nisi pensio annualis capitulo Ecclesie Monasteriensis de dicto Officio de-

*) Schonove seu Havichorst. K.

**) Dieser Artikel war in dem Formulare, welches Bischof Henrich i. J. 1457 beschwören mußte, nicht mehr enthalten.

bita, quolibet anno primitus sit soluta; neque eosdem homines vno anno tantum (tm) exactionibus gravabit, quod sequenti anno dictam pensionem soluere nequeant.

Item quod adstatim laboret pro confirmatione, et postquam confirmatus fuerit, requisitus per Dominos Decanum et Capitulum Ecclesie Monast. juret de novo omnes articulos quos ante juraverat.*)

Item quod ad observandum juramentum suum ponat sex fidejussores infra spatium vnius mensis proxime sequentis per capitulum eligendos, et secundum formam et tenorem litere per Capitulum per hoc ad sigillandum exhibende, et quotiens forte aliquis ex ipsis fidejussoribus decesserit, alium consimilem ponet loco mortui.

Nos Henricus de Morse Dei gratia Postulatus Ecclesie Monasteriensis notum facimus, quod omnes et singulos articulos supra scriptos cum eorundem contentis juravimus ad sancta Dei evangelia, per nos corporaliter tacta, presentibus, et juramus inviolabiliter observare. In quorum omnium testimonium et firmitatem ampliorem Sigillum nostrum presen-

*) Auch dieſer Artikel ſo wie der folgende waren daraus weggeblieben.

Digitized by Google

tibus duximus apponendum, sub anno Domini M°.CCCC°, vicesimo quarto.

Das nämliche Siegel, wie oben.

Nro. XXVI.

Privilegium des Münsterschen Bischofs Henrich von Moerse.

1426.

Ex Autographo transcrips. idem l. c. Pag. 64.

Wy Henrich von Morſse van Godes Genaden Biscop der Kercken to Monster doit kundich allen Luden de duſsen Breff zet eder horet lesen, openbar betugede vnde bekennende vor vns vnde vor al vnse Nakomelinge vormiddes duſsem sulven Breue, dat Wy mit Wischop, willen, vnde vulbordt der ersamen vnser leuen Deckens vnde Capittels vnser Kercken to Monster vorgſ. vnde na Rade dersuluen, vnde ock vnser Edelmannen, Denstmannen, Manschop, vnde steden in vnsem Lande vnd Stichte, anseynde vnd betrachtende meyne nüd vnde Vromen vnser Kerken vnde Stichte, den vorgſ. vn-

sen Edelmannen, Denstmannen, Manschop der Stad to Monster, vnde Wicbilden, in vnsem Lande vnde Stichte, hebbet gegeuen, gesatet geordinert vnde wilkort dusse nageschreuen Sate genade Puncte vnd Articele, hir na vor vnfs vnde vnsen Nahomelinghen to ewigen Tyden to holdene vnde to warende. To dem ersten als were, dat welke grote Leyngude vorledigeden vnde ok Borge, vestinge, Dorpe, edir des gelix, der en sole Wy off vnse Nakomelinge nicht vorlenen, ane Vulbort des Dekens vnde Capitels, vnde der Edelmannen vnde de vryen vnde eruen, de nicht en sind van Manneskunnen, de Gude, de man heuet van vnser Kerken in Mangude, edir in Dentmannegude, sint dar nyne Sone volgende, de solle wy laten vorvallen vormiddes erffliker Volginge vp de Dochteren als vp de Zone, vnde en sollen der Gude nyn vndirbeholden, de en syn vns togerychtet van vnser Manschop: vnde alsdanne en solle Wy det nicht beholden boven Jar vnde Dach, vnde were dat binnen der Tyt van Mannes eder Vrouwen-Kunne vor vns quemen, als se sollen, so solle wy de Gude beleynen eynen Personen de dar to queme to sy vnde en solle der nyrleyewys beholden, eder vnser Tafflen to teken. Is ok Sake dat vnse Edelman-

Digitized by Google

Vndersaten vnde Manschop in vnsen Biſsdome to Monstere hebben, off sich vormeten to hebbende, Ansprake off Twydracht vnder sick, dar sulle Wy se vruntlike ynne scheyden, kunne Wy des nicht gedon, so sal de yene de sich Ansprake vormet, vor vnſs de Ansprake vnde syne Clage vorbringen, vnde so solle wy de scheyden na Rechte eder na redeliker Wontheit des Landes, Vnde were dat der Partie, welk weygarde horsam to sinde vnser Schedinge, so solle wy helpen deme der de Scheidinge volgen will. Were ok welck vnser Vndersaten de sich vermete Ansprake off Sake hebbende tegen vns, de Sake sal werden gescheiden van vnsen Capitel in Vruntschop eder na Rechte, off na Gewonheit, vnde der Schedinge, vnde Oirdele solle Wy volgen als andere Canonyke der Kercken to Monstere, dan vp Lengude solle Wy antworden vor vnsen Mannen. Vortmer stede, Borge, Wicbilde, Dorpe, Gerichte vnde Rente, de to vnser Tafflen horen, en solle wy nicht vervromeden noch verpenden, noch in yemandes Hande laten anders dan des Capitels, noch Breve geheten Pandebreve, vp Pendinge off vp Schattinge an Besweringe vnser Vndersasen geven ane Vulbort des Capitels vorgl., einen gemeinen Vormunder, vnses Stichtes en sol-

le Wy nicht maken noch setten, Wy en doen dat myt Vulbort des Capittels vnser Kercken, vnde einen yuweliken vnsen Vndersaten in vnsem Bisdome vnde Lande solle wy laten in sinen rechten priuilegien vnde guden Gewontheyden. Vnde alle dusse vorgl. Puncte solle wy vordegedingen na vnser Moge vnde Macht, vnde vorgl. rechte Privilegia vnde Zegele vnde Breve de mit vnser Voruaren Biscope vnde des Capitels Ingesegele sint besegelt werden, solle wy holden. Ok en solle Wy nyn Orloge, Veyde, noch Vorbunde myt Jemande saten noch maken, ane Vulbort vnses Capittels vorgl. Vortmer der Gude de nagelaten werden van den vnechten gebornen, eder van den Inkomelingen na erem Dode, van der Zake wegene, dat se vnechte vnde Inkomelinge sind, en solle Wy eder vnse Nakomelinge vns nyrleyewys vnderwynden, dat en weyr dat sick bynnen Rechten Tyden dar nymant by en toge als als recht were, In Gelde to nemende vor Absolutien vnde Breve to besegelnde, solle wy holden de Wyse des Houes to Colne vnde Meteginge des Capitels vorgl. Were ock dat sich en suluen van de Lyue dede, dat God vorhode, to des nagelatenen Gude en solle Wy nyn Recht hebben, dat sal vorfallen vppe den neisten Eruen, dat en

Digitized by Google

were dat dat Gud vns vorbroke were edir doch van anderen saken vns to horede. — Vortmer Gerade, vnde Herweide, de in vnse Landen vnde Steden des Stichtes van Monstere voruallen, vormiddes eyns ytliken dode, der en solle Wy vnde vnsen Nakomelingen nicht boren, dan de gene sal de boren, deme de van Erfftals Rechte gebort, beholtnifse vns vnde vnsen Nakomelingen alsodane Herwede, als vns van vnse Mangude vnde Denstmannengude voruellen mogen. Were ock dat in vnser Lande vnde Steden yenich Erue voruelle, dat sal men dar vt laten volgen deme den dat van Rechte gebort. Ok en solle Wy noch vnse wertlike Richtere nymande vnrecht don noch don laten, dan wy sollen einen itliken mit Rechte laten anspreken in deme Gerichte, dar he ynne besetten is, vnde darumme van Rechte gebort to antworden. In allen vnsen Marketten vnses Stichts en solle wy noch vnse Amptlude Vogede noch Richtere nyrleye Hynder noch Vorbot don, noch don laten, yemande to kopende eder to vorkopende, anders dan als dat van olders gewontlick is gewesen, dat en were dat eyn dat vorbreke myt Hande eder myt Munde. Ok en solle Wy noch vnse Amptlude eder Vogede, den vorgl. vnsen Edelmannen Ridderen Knechten vnde Steden nynen

Koslach don, vnde wy en sollen ock nimande vorvnrechten in eren Burgerichten, Holtgerichten, eder in eren Marken, anders dan sick van Rechte gebort. Tollen eder Geld von Wynkove en solle Wy noch vnse Amptlude nicht nemen anders, dan dat van ouldes gewontlich is gewesen. Alle dusse vorgl. Zate, Genade, Puncte vnd Articule, semptlike vnd ein itlick bisunder love wy Henrich Bischop vor vns vnde vnse Nakomelinge den vorgenompten vnsen Edelmannen Denstmannen Manschop Stad van Monstere vnde Wicbilden vorgl. to ewigen Tyden, stede vast vnuerbrocken to holdene vnde to warende, Argelist nye vunde vnde beholpinge genslige vnde aling vtgesproken in dusen vorgl. Dingen. Des to Bekentnisse hebbe Wy Henrich Bischop vorgl. vnse Ingesegele vor vns vnde vor vnse Nakomelinge mit Ingesegele der ersamen Dekens vnde Capittels vorgl. an dusen Breff gehangen. Vnde Wy Deken vnde Capitel der Kercken to Monstere, bekennet vnde betuget openbar in dusem suluen Breue, dat alle dusse vorgl. Zate, Genade, Puncte vnde Articel in dusem Breue begrepen, mit vnser Wischap, Vulbort, vnde guden Willen, vnd na vnsen Rade alle gescheyn gesatet geordinert vnde gegeuen sind, vnde hebbet des to

merer Tüchniſse vnde Vestinge, vnses Capitels Ingesegele na vnses Heren Ingesegele ock an duſsen Breff gehangen. Datum Anno Domini Millesimo quadringentesimo vicesimo sexto feria quarta post Conversionem sancti Pauli.

(L. S.)
† S. Henrici-Morse.
-ostul-----

(L. S.)
S. Capituli.

Das erſte war daſſelbe Siegel des Biſchofs, welches zu der vorhergehenden Urkunde gebraucht war, mit derſelben Umſchrift; — das zweite das bekannte Siegel des Domcapitels. —

Digitized by Google

Nro. XXVII.

Eidesformel, welche der erwählte Bischof Johann beschworen hat.

1457.

Ex Autographo Tabularii Cathedr. Eccles. Monast. Rubr. Juramenta Episcopor. N. 2.

Juramentum Episcopi.

Diese Artikel sind wörtlich dieselben, welche sein Vorgänger Henrich (Urk. No. XXV. S. 169 u. flgg.) beschworen hat.

Zusätze

zu den vorhergehenden Artikeln. — 1457.*)

Ex Autogr. ejusdem Tabularii Rubr. Juramenta Episcoporum N. 2.

Vltra alios articulos seu punctos (sic) in alia cartula conscriptos electus seu confirmatus jurabit.

Primo quod ab hac hora in antea fidelis adjutor erit dominorum Decani et Capituli ad defensionem Castri Schonebeke ac jurium et pertinentiarum ejus-

*) Auch diese Zusätze sind mit einigen Ausnahmen dieselben, welche Bischof Henrich beschworen hatte.

Digitized by Google

dem contra comitem et comitissam de Tekeneborch et quoscunque alios, omni tempore, et sicut propriam personam suam defensabit castrum et Dominos cum juribus antedictis.

Item si discordiam, quod Deus auertat, inter prefatos Dominos, Decanum et Capitulum ac Ciuitatem, seu proconsules et consules vel communitatem civitatis Monast., aut militares vel vasallos Dyocesis Monast., communiter vel divisim exoriri contingat, tunc partem prefatorum Dominorum, Decani et Capituli fideliter tenebit, eosque cum eorum familiaribus ac rebus et bonis omnibus, presertim duabus libertatibus seu communitatibus dictis vulgariter dey Biuange to Schonevlete vnd to Schonowe*) defendet et fouebit totis viribus atque posse.

Item ad reparationem molendini juxta castrum Schoneflete tam in circumductionibus aquarum quam omnibus et quibuscunque ad dictum molendinum et ad conseruandum illud necessariis eosdem dominos decanum et eapitulum juvabit toto posse.

---

*) Schonowe (Havichorst) war i. J. 1325 mit dem Hofe Brokhof von Herm. von Münster angekauft. S. M. Urkb. I. S. 294 – 299.

Digitized by Google

Item castrum Ottenstene et Burgum ejus demoliri faciet ad voluntatem et dispositionem decani et capituli ecclesie Monasteriensis infra tempus per eosdem assignandum.

Item que de bonis et hominibus spectantibus ad officium Wetingdorpe neque redditus neque exactiones aliquas annuatim recipiet nisi pensio annualis capitulo ecclesie Monast. de dicto officio debita quolibet anno primitus sit soluta neque eosdem homines vno anno tantum exactionibus grauabit quod sequenti anno dictam pensionem soluere nequeant.

Nos Johannes Dei gratia comes palatinus Reni Bauarie dux et confirmatus Monast. notum facimus vniuersis quod omnes et singulos articulos supra scriptos cum eorundem contentis jurauimus ad sancta dei ewangelia per nos corporaliter tacta presentibus et juramus inuiolabiliter obseruare. In quorum omnium testimonium et firmitatem ampliorem sigillum nostrum presentibus duximus appendendum sub anno Domini MCCCC quinquagesimo septimo.

Das oben beſchriebene Siegel hing an pergam. Streifen. — Eben dieſen Eid, ohne alle Abänderung und Zuſätze, leiſtete noch i. J. 1558 den

12. Novemb. der als Münst. Bischof erwählte Bernard von Raeßfeld.

Nro. XXVIII.

Bischof Johann verspricht, die Geistlichkeit, den Adel und die Städte Münsterlandes bei ihren Privilegien, Gewohnheiten und Rechten zu laßen und sie zu schützen ꝛc.

1457.

Ex Autographo Transsumto p. m..

sentes literas audituris. Quod nos volentes vtilitati studentium intendere et prouidere ne consuetudo laudabilis hactenus obseruata eundi ad studium deinceps obmittatur . prouide et rationabiliter duximus statuendum. Quod nullus de cetero noster emancipetur concanonicus nisi viginti annorum fuerit et Parisiis aut Bononie aut alibi in Lombardia siue in Francia in studio per annum ad minus steterit generali . nisi in alia Ecclesia beneficium optinens ibidem emancipatus existat . concedimus etiam statuentes . quod si aliquis XX. annos habentem (sic) qui prius in generali studio non fuerat . emancipari contingat . idem si emancipatus infra duodecim septimanas a die emancipationis hujusmodi ad generale studium Parisias. Bononiam uel alibi in Francia seu Lombardia ad locum ubi studium hujusmodi regitur . proficisci debebit . ad minus per vnius anni spatium ibidem permansurus . alioquin si infra XII septimanas predictas iter non arripuerit ad studium veniendi . ex tunc a prebenda sua tam diu suspensus permaneat ipso facto quousque iter arripiat eundi ad studium vt est dictum . nisi euidens et legitima causa ipsum ab itinere excusaret . extunc vero impedimento legitimo cessante nichilominus ad studium ire tenebitur . sicut

Digitized by Google

prius. Hoc autem statutum nostrum volumus inter alias nostre Ecclesie predicte consuetudines rationabiles et statuta a nobis et nostris successoribus inuiolabiliter obseruari . et promisimus ac specialiter promittimus in hiis scriptis quod illud firmiter et in perpetuum obseruabimus bona fide. In cujus rei firmitatem et memoriam presens scriptum sigillo nostre supradicte ecclesie majori fecimus communiri. Actum feria sexta post annuntiationem beate Marie Virginis. Anno domini M°.CCC°. tertio.

Nro. LI.

Bestätigungs-Urkunde der Verbrüderung der Vicarien der Cathedral-Kirche zu Münster.*)

1305.

Ex Autogr. membr. Tabul. Cath. Eccl. Monast.

Nos . Lutbertus . dei gratia - - Decanus. et Gerhardus - - Cantor, ecclesie mona-

---

*) Aelteste Urkunde über den kleinen Kaland.

Digitized by Google

steriensis. Presentibus declaramus, Quod constituti coram nobis vicarii ecclesie nostre, fraternitatem tenendam inter se consensu promiserunt vnanimi, tali modo, Primo, vt orent pro inuicem singulis diebus, pro fratribus vivis et defunctis, Deinde, si aliquem fratrum egrotare contigerit, conuenient simul ad inunctionem eius, qua facta quilibet eorum leget septem psalmos penitentiales, tamdiu sicut solitum est fieri pro infirmo. Mortuo autem aliquo de fratribus, dum corpus eius deportatum fuerit in ecclesiam, sero ante crepusculum conuenient omnes, et iuxta feretrum cantabunt solempniter vigilias, quibus finitis, legent psalterium, prout nobis, et concanonicis nostris facere sunt astricti, Siquis autem eorum ad hujusmodi vigilias, et psalterium venire neglexerit pro tali delicto soluet fratribus octo denarios monasterienses, si vero absentia eius excusabilis fuerit dabit duos denarios procuratori suo, qui pro eo est constituendus. Post hec, trecesimo die obitus ipsius defuncti, quilibet frater qui sacerdos est leget vnam missam pro defuncto, et soluet vnum denarium, si vero non poterit dicere missam dabit duos denarios, alter quilibet fratrum qui sacerdos non est, soluet duos denarios, quos denarios, cum predictis denariis de-

Digitized by Google

bitis qro absentie pena, colliget vnus fratrum ad hoc deputatus in pios vsus pro defuncta anima conuertendos.

Nos itaque - - Decanus et - - Cantor, predicti, hujusmodi compromissionem, et fraternitatis caritatem sincero laudantes affectu, partem cum iisdem fratribus acquirere cupientes, statuimus, vt scolares ecclesie nostre ad cantandas vigilias predictas communiter conueniant in adiutorium fratribus memoratis, et ad legendum psalterium ipsis assignent duodecim scolares, quos inter se ad cantandum psalterium habuerint meliores. Vnde ipsi scolares pro tali labore ex decreto fratrum predicrorum habebunt . decem et octo denarios, de rebus defuncti. Vt igitur hec obseruantia stabilis et perpetua permaneat, ad petitionem eorundem fratrum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum . Anno domini . M°.CCC°. Quinto.

Beide Siegel fehlten.

Nro. LII.

Preces primariae Kaiſer Heinrichs (VII.) für den Sohn des Landgrafen von Heſſen.

(1308.)

Ex Chartular. Eccles. Cath. Monast. L. I. Dist. VI. N. XVII.

Hinricus dei gracia Romanorum rex semper Augustus. Honorabilibus viris -- Decano et Capitulo Ecclesie Monasteriensis deuotis suis dilectis graciam et omne bonum - - Inclite recordationis diuorum Imperatorum et Regum Romanorum Illustrium predecessorum nostrorum vestigiis inherentes . qui secundum antiquam et approbatam sacri imperii consuetudinem in singulis Cathedralibus Ecclesiis Regni sui habebant petere et cum promptitudine qualibet exaudiri, pro honorabili viro nato Illustris quodam Hinrici Lantgrauii Hassie clerico deuoto nostro dilecto vobis offerimus primarias preces nostras . deuotionem vestram rogantes attentius et monentes Quatenus eundem Ludwicum pro nostra et imperii reuerentia in vestrum recipiatis liberaliter canonicum et in fratrem . prebendam similiter si qua nunc in vestra vacet eccle-

Digitized by Google

sia uel quamprimum ad id obtulerit se facultas *). Sic quod abinde vos et ecclesiam vestram condignis semper debeamus preuenire fauoribus et honoribus prosequi graciosis - - Datum Colonie Kalend. februarij Regni nostri anno primo --**)

Anm. Van Espen I. E. U. Part. II. tit. 35. Cap. IX. N. 19 et 20. führt ein früheres ähnliches Formular primarium precum K. Rudolphs von Habsburg (1273—1281) an, worin es ebenfalls heißt: cum ex antiqua et approbata, ac divis Imperatoribus et Regibus inclytae recordationis antecessoribus usque ad nos producta consuetudine quaelibet Ecclesia in nostro Rom. Imperio constituta, ad quem beneficiorum Ecclesiasticorum pertinet collatio, super unius collatione beneficii precum nostrarum primarias admittere teneatur etc. Er bemerkt dabei: «Cum hic nullius jndulti Apostolici alteriusve tituli, quo hoc jus nitatur, mentio occurrat; sed totum ex antiqua consuetudine desumatur, admodnm verisimile est, hoc jus primarium precum consuetudine primitus indultum esse, imo a solis precibus apud

*) Hier scheint das Zeitwort zu fehlen.

**) 1308. S. Pütter Teutsche Reichsgeschichte in ihrem Hauptsad. S. 513. Dritte Aufl.

Digitized by Google

collatores interpositis originem habuisse; atque sensim preces in jura et mundata transiisse etc. — »

Nro. LIII.

Urkunde über die Stiftung und Beſtätigung der Verbrüderung der Vikarien im Dom zu Münſter, oder deren Kaland.

1317.

Ex Autogr. in membr. conscr. Tabularii Eccles. Cath. Monast.

In nomine Domini Amen. Nos Lubertus diuina prouidentia Decanus et Godefridus de Houele Cantor Monasteriensis Ecclesie vniuersis presentia visuris et audituris declaramus, publice protestantes, Quod constituti coram nobis - - vicarii Ecclesie nostre predicte, fraternitatem tenendam inter se consensu promiserunt vnanimi, modo et conditionibus subnotatis, primo vt orent pro inuicem singulis diebus pro vivis et defunctis, legendo pro vivis psalmum Deus misereatur nostri, cum oratione dominica et collecta, Deus qui caritatis dona, Item pro defunctis,

Digitized by Google

psalmum De profundis cum oratione dominica, cum collecta, Deus venie, et Deus in cuius, Deinde si aliquis fratrum egrotare contigerit, conuenient simul si fieri potest ad eius communionem et ad sacram ipsius invnctionem, qua facta quilibet eorum leget septem psalmos penitentiales coniunctim vel diuisim, sicut solitum est fieri pro infirmo, Mortuo autem aliquo de fratribus, Dicemus inmediate quindecim gradus, dum corpus eius deportatum fuerit in Ecclesiam sero ante crepusculum conueniant omnes, et juxta feretrum solempniter cantabunt vigilias, quibus finitis legent septem psalmos et commendationem defunctorum, deinde, quam cito commode poterit fieri, per se vel alium, psalterium legere quilibet sit astrictus, qui vero legere noluerit dabit tres denarios ad elemosinam, Siquis autem eorum ad hujusmodi vigilias venire neglexerit, soluet fratribus octo denarios, si vero absentia eius excusabilis fuerit, dabit ad elemosinam duos denarios, post hec tricesimo die obitus fratris defuncti quilibet frater qui sacerdos est, leget vnam missam pro defuncto, et soluit vnum denarium, si vero non poterit dicere missam dabit duos denarios, Alter quilibet fratrum qui sacerdos non est soluet duos denarios, quos denarios cum predictis

Digitized by Google

denariis debitis pro absentie pena colliget vnus fratrum ad hoc deputatus per nos ad elemosinam vel in alios pios vsus pro defuncti anima conuertendos, preterea sicut testatur propheta in libro sacriloquiorum, cum dicit, ecce quam bonum et quam jucundum fratres habitare et conuenire in vnum, placuit dictorum fratrum collegio, vt saltem semel in anno, scilicet post octauas Natiuitatis beate Marie Virginis prima feria carnali, omnes in vna domo intra emunitatem vrbis Monasteriensis simul conueniant tractaturi et ordinaturi non solum que vivorum, immo et fratrum defunctorum credant vtilitatibus expedire, et is qui a fratribus ad hoc fuerit deputatus in eius hospitio conueniunt proprio *) quatuor fercula et non amplius, nisi ferinam vel talium quid gratis consecutus esset ab amicis suis talia si uoluerit poterit fratribus karatatiue (sic) erogare, Reliqua vero a dicto fraterno collegio diuisim et proporcionaliter omnia persoluantur. Inhibemus eciam sub pena duorum solidorum, ne die tempore et loco nostre congregacionis adunate, aliquis dicto nostro collegio astrictus vinum soluat vel

*) Vgl. unten S. 296.

Digitized by Google

expensas, jnsuper adicimus, vt quicunque a nostro consortio ea vice se sponte absentauerit, det nomine pene sextarium vini fratribus, et nihilominus licet legitima causa absentie cuiuscunque reputetur, soluat partem se contingentem expensarum, Qui autem ex nostro fuerit collegio, et ab auxilio et consilio nostro se subtraxerit magis instabilis quam vir stabilis comprobatur, Vt igitur hec obseruantia stabilis et perpetua maneat ac inconuulsa, nos - - Decanus et Godefridus predicti hujusmodi compromissionem et fraternitatis karitatem sincero laudantes affectu partem cum iisdem fratribus acquirere cupientes, ad petitionem eorundem fratrum sigilla nostra presentibus sunt appensa, Datum et actum Anno Domini - M°.CCC°. Decimo septimo.

Beide Siegel waren von den Riemen abgefallen.

Anm. Man vgl. die Schrift: Diplomatiſche Nachrichten von der Kalands-Brüderſchaft zu Münden an der Werra ꝛc. von J. L. Quentin ꝛc. Götting. 1779. 4.

Nro. LIV.

Urkunde über die Einrichtung des großen Kalands der Domherrn zu Münster, v. J. 1300 (erneuert 1520.).

Ex Autographo Tabul. eccles. cathedr. Monast.

Institutio fraternitatis B. M. V. urbis Monast. et Dominorum de Capitulo (introducta et confirmata anno M.CCC^mo.)*)

Imprimis quilibet frater singulis diebus leget pro fratribus defunctis psalmum, De profundis cum collectis Deus veniae largitor, et Deus in cujus miseratione, et pro fratribus vivis psalmum, Deus misereatur nostri, cum collectis, Deus qui charitatis dona, et, omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris. Item quilibet frater laicus leget singulis diebus quinquies pater noster, et totidem Ave Maria. —

Item quicunque frater inter nos sacerdos fuerit, quoties missam celebrave-

*) Cf Kock ser. Epp. Mon. II. p. 27.

Digitized by Google

rit, in ipsa faciet memoriam tam fratrum vivorum quam mortuorum.

Item quoties exequiae alicujus fratris defuncti sunt peractae, deinde cum fratribus per custodem fraternitatis intimatum fuerit, conveniemus ad Ecclesiam Monasteriensem, et finitis ibidem completoriis, dicimus in veteri choro vigilias minores novem lectionum, et die sequenti in primo pulsu primarum cantabimus ibidem Missam animarum, et offerent fratres denarium, et ministrabuntur ibidem praesentiae deservientibus, tam in Vigiliis quam in Missa, per provisorem fraternitatis, quas tamen praesentias executores fratris defuncti vel haeredes eidem provisori ministrari procurabunt. Finita autem Missa legemus ibidem Commendationem (animae) et ardebunt quatuor candelae fraternitatis nostrae nostris sub expensis, tam in vigiliis quam in Missa.

Item sabbato proximo ante synodum generalem in autumno coveniemus post Completorium ad praedictam Ecclesiam et dicemus ibidem vigilias in veteri choro cum invitatorio, circumdederunt me etc. cum magnis lectionibus, et quatuor candelae octo librarum ibidem ardebunt in vigiliis et per noctem, et in Missa. Mane autem sequentis diei infra sex-

Digitized by Google

tam et septimam horam ibidem revertemur cantandos (sic) solempniter Missam de ss. Trinitate in Organis, addendo collectam pro defunctis, et quilibet frater offeret denarium, et ministrabuntur praesentiae tam in vigiliis, quam in prandio inter praesentes et infirmos in Urbe et in Civitate Monasteriensi languentes, per provisorem fraternitatis, finita autem Missa praedicta dicemus ibidem Commendationem, et dabuntur cuilibet sacerdoti in Commendatione praesenti, ob memoriam Wesceli de Perlinctorpe presbiteri, Johannis Clene et vxoris suae tres denarii. Item finita summa Missa, conveniemus infra immunitatem urbis, commesturi in hospitio ad hoc apto, et duo de fratribus nostris, qui ad hoc secundum ordinem introitus fuerint deputati, reficient nos tantum quatuor ferculis suis expensis, salvo quod provisor sive emonitor fraternitatis eisdem in subsidium expensarum administrabit, imprimis videlicet vnam tunnam cerevisiae, item ad carnes unum florenum Rhenensem aureum, et cuilibet fratri mengelium vini, nec non dicto et lecto gratias, communibus fratribus unum sextarium vini, et non amplius.

Item ministratores, si ferinam carmen habere poterunt, gratis fratribus mi-

Digitized by Google

nistrabunt, pisces vero nullatenus dabunt sub poena quinque florenorum Rhenensium, irremisibiliter ad redditus perpetuos solvendorum.

Item nullus alienum hospitem introducet, nec ministratores Calendae pro tempore existentes ad coenam eiusdem dici ullos hospites invitare debent, prout hactenus consueverunt, sub poena duorum solidorum perpetuorum redituum fraternitati praedictae solvendorum sine dolo et fraude nemini quovis modo gratiam faciendo.

Item duo erunt procuratores Calendae, quorum vnus erit de Ecclesia majori, qui respiciant custodiant ea, quae pertinent ad fratres, et emoneant reditus eorundem.

Item quilibet Novitius dabit in introitu suo vnum (flor.) aureum et dal - - et legetur super eum psalmus, Deus misereatur nostri et benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri etc.

Item notandum, quod cum fratres hujus Calendae sive fraternitatis juxta tenorem primae fundationis seu institutionis *), ultra praenarrata adstricti

*) Dieſe iſt bisher noch nicht aufgefunden. Vielleicht iſt hier die von 1300 und die von 1317 gemeint. Ueber den großen Kaland überhaupt finden ſich im Domarchiv keine

essent et sint ad observantiam quorundam statutorum, imprimis videlicet, dum aliquis fratrum aegrotaverit, quod tunc conveniemus ad ejus communionem et ad sacram invnctionem.

Item quod post invnctionem quilibet leget per novem dies septem psalmos poenitentiales. Item si moritur quindecim gradus et vnum psalterium per se vel alium coniunctim vel diuisim.

Item in exequiis eiusdem septem psalmos poenitentiales cum litania, nec non et in tricesimo die quilibet per se vel alium Missam pro defunctis cum certis denariis ad Eleemosynam dandis leget, prout haec et alia in eadem fundatione latius continentur.

Moderni vero fratres, considerantes et accurate perpendentes, quod aliqui fratrum alienis diversis occupationibus dediti, alii negligentia, alii autem taedio ducti hujusmodi legere ac persolvere minime curantes, et ne ergo per hujusmodi emissiones salus animarum decedentium fratrum defruudetur, ordinatum et statutum est per venerabiles et circumspectos viros, Dominos Decanum et Capitulum soepe dictae Ecclesiae Monasterien-

---

andere Nachrichten mehr als die hier vorliegende Institutio fraternitatis BMV.

Digitized by Google

sis vnanimi cum consensu communium fratrum, anno videlicet incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo vicesimo, quod provisores hujusmodi Calendae (quos tamen reditus et proventus fratres per modum presentiarum inter se in die Calendæ dividere solebant unum devotum ac honestum sacerdotem, qui in recompensam ejusmodi praenarratorum statutorum primae fundationis sive institutionis hebdomadatim celebret in praedicta Ecclesia Monasteriensi duas Missas, unam pro vivis, et aliam pro defunctis fratribus, nec non dicet singulis hebdomadis semel septem Psalmos poenitentiales cum litania, et vigilias novem lectionum. —*)

Nota. Ad quas Missas instituendas venerabilis et magnificus vir, Dominus Theodericus Schade, Decanus Majoris, ac S. Mauritii Praepositus, dedit et assignavit triginta florenos Rhenensis aureos pro reditibus annuis unius cum dimidio similium florenorum comparandis. —

Item et D. Gerardus Wiſseman, vicarius soepe dictae Eeclesiae dedit vigin-

---

*) Der erſte fromme Geiſt war alſo verſchwunden. —

Digitized by Google

ti florenos Rhenenses pro reditibus unius floreni comparandis.

Item post diem congregationis sive Calendae nostrae, cum primum fieri poterit, quilibet frater dicet per se vel alium, vigilias novem lectionum et Missam animarum pro fratribus et benefactoribus defunctis, et specialiter pro fratribus et Dominis infra scriptis, qui ad hujusmodi fraternitatem dederunt, videlicet imprimis.

Pro Magistro Rotgero *) Oldendorpio, qui dedit IIII Marcas. Pro Hermanno de Boderbecke **), qui dedit IIII Marcas, Pro D. Johanne Dobbe, qui dedit I Marcam etc. etc. etc.

et in fine.

Pro R$_{mo}$ Dno. Ottone de Schmisincck, qui dedit XII Imperiales.

Pro D. Doctore Schulten, qui dedit VI Imperiales. NB. quod in medio illorum inter alios, qui ad hujusmodi fraternitatem dederunt inscripti legantur.

---

*) Er iſt der Verfaſſer des merkwürdigen Manuſcripts: Liber Redituum etc., welches unter dem Namen: Liber Rotgeri bekannt iſt. Unten ſind Auszüge hieraus mitgetheilt.

**) fors. Brochterbecke?

Digitized by Google

Pro Domino Ottone Episcopo Monasteriensi, qui dedit sex marcas, quae faciunt 20 Imperiales.

Pro Domino Suffraganeo Johanne Episcopo Aturensi, qui dedit sex marcas.

Pro Reuerendissimo illustrissimoque D^{no}. D. Christophoro Bernardo a Gahlen, qui tanquam Cathedralis Ecclesiae Thesaurarius et serenissimi principis consiliarius dedit 12 Imperiales; postea autem electus et confirmatus Episcopus singulis Dominis fratribus loco praesentiarum unum jmperialem. Anno 1652.

Pro Reverendissimo ac illustrissimo D^{no}, Domino Francisco Wilhelmo Ecclesiarum Osnaburgensis, Mindensis, Verdensis et Ratisbonensis Episcopo S. R. J. principe ac comite de Wartenburg et Schvawenburg, D^{no} in Wald etc. (qui) legavit fraternitati quinquaginta jmperiales, in congregatione fraternitatis loco praesentiarum distribuendos. Ao. 1650.

Pro Reverendissimo et celsissimo principe Ferdinando Episcopo Paderbornense et Monasteriense, (qui) dedit fraternitati Calendarum majorum pro legato 12 Imperiales, et loco praesentiarum quinquaginta Imperiales.

Digitized by Google

Pro Illustrissimo D. D. Comite in Bentheim, pro legato dedit 24 daleros Imperiales. etc. etc. etc.

Zur nähern Ansicht solcher geistlichen Verbrüderungen mögen hier einige Auszüge aus Hartzheims Concilia Germaniae eine Stelle verdienen.

De Confraternitatibus Clericorum.

Canon Reginon.

De collectis vel confratriis, quc consortia vocant - - - - praecipimus; ut tantum fiat, quantum rectum ad auctoritatem et utilitatem atque salutem animae pertinet.

Ut autem nemo neque sacerdos neque fidelis quisquam in parochia nostra progredi audeat, id est ut in omni obsequio religionis, videlicet in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exequiis defunctorum, et caeteris pietatis officiis. Pastos autem et commessationes, quas divina auctoritas vetat, ubi et gravedines et indebitae exactiones, et turpes et inanes laetitiae et rixae soepe etiam homicidia, et odia, et dissensiones accidere solent, adeo penitus interdicimus etc. — (Saec. X.) Conc. Germ. Tom. II. p. 580.

Digitized by Google

De Kalendis, quando Presbyteri simul conveniant.

Quando Presbyteri per Kalendas simul conveniunt, post peractum divinum ministerium, et necessariam collationem non*) quasi ad prandium, ibi ad tabulas resideant, et per talia inhonesta convivia invicem graventur: quia indecens est et onerosum - etc. — Et -- post peractis omnibus, qui voluerit, panem cum caritate in domo fratris sui simul cum fratribus frangat, et singulos liberes accipiant, maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant, et sic ad Ecclesias redeant. —

Reginon. Canon. CCXVI. C. Germ. II. p. 473.

Titul V. De Sodalitatibus seu Confraternitatibus.

I. Sodalitates seu Confraternitates, proximi adjuvandi, aut alia pia et legitima causa cum auctoritate erectae, ubi collapsae sunt, restituantur, ubi depravatae, reformentur. Imposterum vero novae confraternitates a quopiam, sive Clerico, sive laico - - - - sine sedis Apostolicae aut nostra approbatione non instituantur.

*) al. non quasi ad plenam refectionem sed.

Digitized by Google

II. Olim a Majoribus nostris in eum usum institutae sunt confraternitates, ut in iis tum quisque propriam, tum proximi salutem quaereret, ut orationes et sacrificia pro vivis et defunctis fierent, ut conciones, aliaque ad pietatem incitamenta haberentur, fideles christiani apud confratres viderent exempla, quae imitarentur; hodie vero passim convenitur aut ad lusus aut ad compotationes et crapulas, quae a primeva et pia institutione maxime sunt aliena, et quae Nos sub gravissimis poenis serio inhibemus.

Synod. Constan. an. 1609. Titulo III. ap. Harzh. C. g. VIII. p. 928.

Si quae Sodalitates aut Fraternitates in honorem Dei aut Sanctorum ex praecedentium temporum injuria relictae sint, quae institutionem piam habent, eas in probato usu permanere volumus sublato omni abusu, maxime si census et reditus in commessationes impendantur, quos magis conveniet in usus pauperum, Ecclesiae aut Parochi converti. — Harum autem Sodalitatum ac Fraternitatum institutio ac forma, a Nobis aut nostra vicario examinanda, ad quod redditis quotannis coram Parocho rationibus supererit, ac usus Ecclesiae et pauperum convertendum erit.

Synod. Osnabrug. an. 1628. Constit. P. II. C. XII. ap. Harzh. C. G. IX. p. 471.

Digitized by Google

Sicubi vero Sodalitates ad celebrandum solummodo anniversarium convivium, non autêm ad fovendum Dei, Sanctorumque cultum deprehendantur institutae, eas ab Ecclesia Dei prorsus removendas esse censemus; et ne diutius similium Sodalitatum tituli atque insignia alicubi tolerentur, sub poena interdicimus arbitraria. —

Decret. Synod. Colon. an. 1662. (Const. Clem. Pp. VIII.) P. II. Tit. VI. C. G. IX. p. 985.

Cum sub pietatis et devotionis praetextu in multis Parochiis nonnulli parochiani ac etiam Presbyteri, absque licentia et auctoritate nostra inter se conveniant et Confraternitates erigant, in quibus tamen ad eorum libitum vivunt, et bona opera, prout decent, (sic) non exercent, imo etiam dictarum Confraternitatum redditus et proventus in toto vel in parte ad profanos usus, et ad compotationes impendunt: tales praetensas Confraternitates penitus abolemus, donec Regulas et Statuta a Nobis habuerint approbata, sub quibus deinceps vivere et bona opera (prohibitis prorsus compotationibus) exercere possint et debeant. (Ex stat. 1666.)

Stat. Synod. Bisuntinae an. 1707. Tit. XXIX. §. 7. C. G. X. p. 365.

Im Jahr 1446 erlaubte Papſt Eugen IV. dem Kurfürſten Friedrich II. von Brandenburg, die Ein-

Digitized by Google

künfte der Kalandsbrüder zu andern frommen Zwecken zu verwenden, welche bisher nur: ad quasdam inter ecclesiasticas et seculares personas certis anni temporibus faciendas commensationes seu congregationes, quas Kalant vulgus appellant deputati (erant) und wodurch nur Aergerniſſe und Uneinigkeiten veranlaßt waren.

Urkunde bei Gerken Cod. diplom. Brandenb. T. V. S. 118.

Daß ähnliche Mißbräuche bei andern Kalandsſchmauſen Statt fanden, iſt bekannt, ſo daß ſogar das Sprichwort „Er kalandert" daher entſtand.

Bei den Münſterſchen Kaland-Bruderſchaften ſcheinen indeß ſolche Abnormen nicht Statt gehabt zu haben; indem dieſen durch die Statuten ſorgfältig vorgebeugt war. — Sie beſtanden in dieſer Dioeceſe auch unter den Geiſtlichen auf dem Lande. Noch hat ſich zu Seppenrade bis jetzt ein alter Kaland mit ſeinen Einkünften erhalten. ꝛc.

Digitized by Google

Nro. LV.

Statut des Domkapitels, wie es mit der Verwaltung der Propstei nach eingetretenem Todesfall des Propsten soll gehalten werden ꝛc.

1313.

Ex Autogr. transscripsit N. Kindlinger. T. XV. Ms. p. 164.

Nos - - Decanus totumque capitulum Ecclesie Monast. advertentes quod prepositura ipsius nostre ecclesie ejusque administratio respectu aliarum dignitatum officiorum et obedientiarum ejusdem nostre ecclesie ad instar actiones habentium noscuntur ita difformiter se habere, quod consuetudo circa defunctorum annos, quoad ipsas alias dignitates officia seu obedientias observanda quoad dictam preposituram commode nequeat observari, de pleno et expresso ac spontaneo omnium nostrum consensu ab universis universaliter et a singulis singulariter prestito in hac parte deliberatione diligenti prehabita dicta consuetudine in aliis dignitatibus officiis et obedientiis nichilominus in suo duratura robore hoc statuimus pro statuto perpetuo a nobis et nostris successoribus irrefragabiliter observandum, quod

Digitized by Google

videlicet dicto preposito nostro, quem pro tempore esse contigerit, quamcunque partem medii temporis, inter vigiliam beati Jacobi et inter festum purificationis beate Marie proxime exinde subsequens morientur substitutus prepositus, si voluerit audita et facta sibi computatione per cellerarium defuncti prepositi de receptis et expositis per eundem restitutisque ipsi cellerario expositis ultra percepta poterit statim ex tunc de dicta prepositura ejusque juribus et prebendarum administratione inde de cetero facienda libere se intromittere, nec tunc amplius ipsi defuncto preposito vel alicui alii ejus nomine in aliquibus pensionibus fructibus redditibus proventionibus obventionibus et juribus prefate prepositure jam perceptis vel adhuc percipiendis debet competere quidquam gratie sive juris alioquin Cellerarius defuncti prepositi usque ad completionem anni in dicta vigilia beati Jacobi incheandi et ad eandem vigiliam terminandi, substituto preposito, premissa facere nolente vel ejus antecessore post dictum purificationis festum cedente vel decedente plenam habebit et faciet administrationem in eventum lucri vel dampni sui et prepositi cedentis seu decedentis beneficiorum et feodorum interim vacantium collationibus et presentationibus, nec non

Digitized by Google

quibuscunque pensionibus redditibus proventibus fructibus obventionibus et juribus per defuncti vel cedentis prepositi cellerarium ante dictam vigiliam nondum perceptis et habitis substituto preposito tantummodo reservatis. Quod quidem statutum et presens scriptum exinde confectum ad perpetuam memoriam sigillo ecclesie nostre duximus roborandum. Nulli ergo ex nobis nunc existentibus vel posteris nostris liceat hoc statutum infringere vel ausu temerario contraire. Actum anno Domini M°.CCC°.XIII. XVIII° Kal. Octobris.

L. S.

Capituli.

Digitized by Google

Nro. LVI.

Statut des Domkapitels zu Münster, daß das Umtauschen der Prälaturen oder Präbenden, ohne Bewilligung des größten Theils des Capitels, nicht geschehen solle u. s. w.

1313.

Ex Chartular. Eccles. Cathedr. Mon. L. II. D. VI. N. XV.

In nomine domini Amen - - Nos decanus et capitulum Ecclesie Monast. considerantes non indignum consideratione, quod prelatis Ecclesie nostre prelaturas, uel canonicis canonicatus et prebendas suas permutandi cum aliis ab extra, liberam facultatem habentibus, per hujusmodi permutationes nonnunquam dicta nostra ecclesia personis et viris dignis et ydoneis possit destitui, aliisque indignis et minus ydoneis loca eorum per tales permutationes intrantibus quam plurimum pregrauari, maxime cum experimento didicerimus, ex hoc dudum eidem nostre Ecclesie aliqua prouenisse incommoda, et ampliora adhuc sint verisimiliter prouentura. Ideoque volentes vtilitati nostre Ecclesie consulere, in hac parte prouida et matura deliberatione super hoc habita, omnes vniuersaliter et singuli singulariter

Digitized by Google

fide data compromisimus et compromittimus in hiis scriptis, idque constituimus constitutione in perpetuum valitura, a nobis et nostris successoribus inuiolabiliter obseruanda, Quod nullus nostrum presentium uel futurorum siue in dignitate prelatura personatu uel canonicatu simplici constitutus, hujusmodi dignitatem, prelaturam, personatum, uel simplicem canonicatum et prebendam, quos quis jam obtinet, uel ex nunc obtinebit in futurum, cum alio debebit uel poterit permutare, seu aliquo modo procurare uel efficere permutari, nisi totius capituli nostri, uel saltem majoris partis requisito ad hoc beneplacito et optento. Adjicientes in compromisso et statuto predictis, ex nunc neminem ex nouis canonicis et prelatis ad aliquam prelaturam et ad jus canonicatus ac perceptionem prebende esse recipiendum et admittendum, nisi tempore receptionis et admissionis sue quod dictum est de permutationibus non faciendis et non procurandis fieri, et ipsam constitutionem nostram de hoc editam se seruaturum etiam promittat specialiter per proprie fidei dationem, ab absentibus vero jam receptis, cum gratia residendi redierint, id idem fieri requiremus. In quorum argumentum nos singuli prelati et canonici pro nunc

Digitized by Google

temporis existentes presentes nostra singula sigilla *) que apparent

*) Kindlinger hat im III. Bde. seiner Urkundensamml. No. 203. obige Urkunde aus dem Original genommen, und die Siegel, so weit er sie noch unterschieden konnte, mit der Feder dabei gezeichnet An 41 Schnüren waren 72 Siegel angebracht. Die Fragmente der Umschriften und Farbe des Wachses, worin die Siegel abgedruckt waren, sind von ihm angegeben. — Ich theile hier folgendes davon mit. (Die römischen Zahlen bezeichnen die Anzahl der Schnüre.)

I. 1. Stellt den obern Theil eines Bischofstabes im Schilde vor. Grün. Wachs.

II. 2. Henrici de Buren. Grün. Wachs.

3. Ghisi Vistic. canoici Mon. Braun. W.

4. Wappen: von Korf. Ecce Monast--ien. Braun. W.

III. 5. Godfridi de Ludichusen. Braun. W.

6. Sigillum P. Heyden - - - Wlf. (Heidenrich Wulf). Im Schilde ein aufrecht stehender Löwe, über den Schild ein gekrönter Helm Braun. W.

IV. 7. Fred - - ci Went. Braun. W.

8. Baldewini nobilis de Stenvorde. Grün. W.

9. - - - - . Schwarz-braun. W. *)

V. 10. Im Schilde das Bild des h. Martinus. Freder de B - - - canon. ecce. Mon. Grün. W.

*) Beigezeichnet war anscheinend das Plettenberg. Wappen.

appensa, duximus presentibus apponenda. Datum et actum in tractatu capitulari anno Domini M°.CCC°.XIII°. ipso die beati Mathei apostoli, que fuit XXI dies mensis Septembris.

---

11. Bernnardi Travelma

VI. 12. Stephani . . . anoi mon. (de Sulen). Im Schilde ein Menschenkopf zwischen drei Lilien. Braun. W.

13. - - - man de - - Im Schilde drei fünfblätterige Rößchen. Br. W.

VII. 14. fehlt.

VIII. 15. S. Rode - - Ein Kreuz im Schilde. Braun. W.

16. Simonis de Solms - - - aoi (canonici) Braun. W.

IX. 17. S. Gerwin. de Volmeste. Braun W.

18. S. Johan. de hovel. Braun. W.

19. S. Lub - - ti de R - - - gh (Rodenberg) *).

X. 20. S. † Conradi * de * Velen * †

XI. 21. Das Bild eines Bischofs, darunter drei Lilien. * S. Lub'ti d. Ramesberge Rectoris ecce. i. Borken. Braun. W.

22. - - nemari (Wennemari) dicti scv - - Ein vertikal getheiltes Schild, links ein Baum, rechts drei horizontale Balken. Braun. W.

XII. 23. Das Bild des h. Paulus, darunter im Schilde 3 links gehende Vögel.

---

*) Beigezeichnet war das Volmesteiн. Wappen.

Digitized by Google

No. LVI.

Statut des Bischofs Ludwig und des Domkapitels zu Münster über die Besetzung der erledigten Prälaturen, Würden und Aemter u. s. w., wodurch die darüber obwaltenden Differenzen beigelegt wurden.

1314.

Ex Chartular. Saec. XIV. L. I. Dist. VII. N. IX. Tabul. Eccles. Cath. Monast.

Nos Ludwicus dei gratia Monast. Ecclesie Episcopus. Vniuersis ad perpetu-

---

S' Gerhardi – – n (de Velen). ecce can mon. Grün W.

24. S' Hermanni (uci) (oder Hake). Im Schilde 3 Haken. Braun. W.

XIII. 25. Im Schilde ein Queerbalken mit drei Sternchen. – – – Braun.

26. S. Hermanni Rans – –. canci ecce mon. Im Schilde eine Schachbalken. Grün. W.

XIV. 27. Das Bild eines h. Bischofs. – – – –

28. – Theoderici de Remen.

29. Das Bild eines Heiligen, darunter im Schilde drei Lilien. S' R. . . . de Ra – – berge (Ravensberg?). Braun.

XV. 30. Das Bild des h. Martinus. — — — Grün. W.

Digitized by Google

am rei memoriam tenore presentium cupimus esse notum. Quod vacantibus nobis preposituris sancti Ludgeri Mo-

---

XVI. 31. Ein Bild, darunter im Schild ein Winkelhaken. — — Grün.

XVII. 32. Ein Bild eines Heiligen, darunter das Wappen. - - - Walraven. Br. W.

33. - Johis Bellen - e - r. Braun.

XVIII. 34. S. Simonis de Retberg. can. ecce osnaburgens. Braun.

XIX. 35. Ein Heiliger. Darunter das Familienwappen. S'. Ludgeri de Langen. can. mon. Grün.

36. S' - - - elmi de Rene. Braun.

XX. 37. - - - - - - canon. monast. Grün.

38. S'. Johannis de Bachem canonici. Das Bild des h. Paulus, darunter im Schilde ein Stern von fünf Stralen. Braun.

XXI. 39. Das Bild des h. Paulus, darunter das Familienwappen der von Rechede. - - Otfridi de Rec - - - can. Monast. Grün.

40. - - vm Kerstani de Benth. . Im Schilde das Wappen der Grafen von Bentheim. Braun.

XXII. 41. Ein Heiligenbild, darunter das Wappen. S' - eph - - di de Vechtorpe. Bräunlich.

42. S'. Henrici de Buren. Grün.

XXIII. 43. Sigillum Sifridi de Cleve. Braunweißlich.

Digitized by Google

nast. et Bekemensis Ecclesiarum et in Vredene archidiaconatu per mortem johannis de Cleue nostri consangui-

XXIV. 44. – Gode – – di de Ludinchusen. can. Grün.

45. Bild des h. Paulus, darunter das Wappen der von Lembeck. Braun.

XXV. 46. † S. Godscalci de Remen – – – ecce Mon. Grün.

47. Ein Crucifixbild, darunter das Bild einer Betenden.

XXVI. 48. Bild des h. Paulus, darunter im Schilde drei vertikale Balken. – – – – – de Linnebeke. can. ecce. mon. Grün.

49. Das Bild eines sich bäumenden Pferdes. Braun.

XXVII. 50. Das Familienwappen der Grafen von Bentheim. Braun.

51. Dasselbe. Grün.

XXVIII. 52. – – –

53. Ein Pauluskopf. – – – . Braun. W.

XXIX. 54. Eben so. S' Johannis de – – – Grün.

XXX. 55. Bild des h. Paulus, darunter im Schilde einen Schachbalken, der mit einer starken Diagonallinie durchstrichen ist. – – – bti – – – soys (vielleicht Fransoys) canonici mon. Braun.

56. – – inrisci de Munster. Ein Querbalken im Schilde. Braun.

XXXI. 57. Ein Heiligenbild. – – – Braun.

XXXII. 58. * S' Constantini de Lisenkirghen. Braun.

† 59. S' Machorii de . . . Das Bild eines halben gekrönten Löwen. Braun.

Digitized by Google

nei prepositi dicte nostre ecclesie qui dictas preposituras et Archidiaconatum tenebat . eosdem archidiaconatum et prepo-

---

XXXIII. 60. S'. Hermanni de Bwren (Buren). Schwärzlich.

XXXIX. 61. - - - Wilhelmi de Arnsberg. Grün.

62. - - Henrici de Summeren. can. Ein Querbalken, darunten drei Rößchen. Braun.

XXXV. 63. Im Schilde ein Hund oder Fuchs. - - Wilhelmi - - - - eren. Grün.

XXXVI. 64. S. Mensonis de - - - . Im Schilde zwei Hörner. Braun.

XXXVI. 65. Ein Heiligenbild, darunter im Schilde zwei Querbalken. - - Theoder - - - (Vielleicht Hovele).

66. Im Schilde ein dünner Balken mit fünf Zapfen | | | | | . - - - - Braun.

XXXVI. 67. - - - nni de Strunkede. Braun.

68. Im Schilde ein diagonaler Schachbalken. - -

XXXIX. 69. Ist nicht zu kennen.

XL. 70. Wie I. 1.

XLI. 71. Im Schilde ein aufrecht stehender Löwe. Sigillum Henrici - - - . braun. (Vielleicht de Solmisse).

72. Im Schilde zwei Querbalken. S'. Bernhardi - - - - .

Digitized by Google

situras Syfrido de Keruenen *) ejus fratri nostro consanguineo canonico ejusdem Ecclesie nostre nondum emancipato et in perceptionem prebende sue non existenti duximus conferendum, Decano et capitulo dicte nostre Ecclesie hujusmodi collationi nostre se opponentibus consuetudinem qua nullam dignitatem personatum beneficium uel officium inter canonicos majoris Ecclesie nostre eadem consuetudine conferenda canonicis nondum emancipatis et perceptionem prebendarum suarum nondum assecutis deberemus conferre aliquatenus uel possemus et instantibus ob hoc per nos retractari quod fecimus contra hujusmodi consuetudinem in hac parte. iidem Decanus et Capitulum tum per jnstrumenta ac alias probationes lucidas et per documenta legitima quibus contradici non poterat de predicta consuetudine prescripta et a tempore, quo non extat memoria obseruata coram nobis facta sufficiente fide collationem talem per nos factam contra ipsam consuetudinem. a nobis tam tempore talis collationis et antea penitus ignoratam nostri gratia, qui honeste et bene nostrum hujusmodi factum reuocare non potuimus cum patientia tolleran-

*) al. Kuenem. Kindlinger T. XV. Mss. p. 170.

Digitized by Google

tes protestati fuerunt, quod per pretactam hujusmodi tollerantiam ab ipsa consuetudine quantum ad eos pertinebat non intendebant recedere, nec etiam recedebant. Huic autem tollerantie precipue illud causam dedit, Quod prefatus Johannes cum non paucis suis consanguineis et amicis nobis contra quosdam inimicos nostros pro defensione jurium Ecclesie nostrâ in auxilium veniens ab eisdem inimicis Wlneratus et graui captiuitate detentus, in ipsa detentione spiritum exhalauit. Ne igitur inter nos et nostros successores ex vna, et inter dictos Decanum et Capitulum ex parte altera, ratione ignorantie consuetudinis in hac parte maxime circa collationes dignitatum beneficiorum personatuum officiorum seu administrationum per nos et nostros successores canonicis tantum et personis nostre majoris ecclesie emancipatis, et perceptionem prebendarum suarum assecutis de predicta consuetudine conferri solitorum aliquid ambiguitatis uel difficultatis, et questionis, in posterum contingat, hujusmodi dignitates personatus officia et administrationes presentibus duximus exprimenda. Videlicet Thesauraria Cantoria Vicedominatus prepositura Frisie, prepositura Sancti Ludgeri prepositura Sancti Martini prepositura in Beckemen que est

Digitized by Google

Capellania*), Capellania in Warendorpe, Capellania in Billerbeke, Capellania in Loon, Archidiaconatus in Vredene cum juris appenditiis Archidiaconatibus in Winterswik. Item album officium majus cui annexa est ecclesia in Lunen. Item officium album minus cui annexa est ecclesia in Dulmen, Camera Frysie, Item Officium de fermento quod Wlgo gruth dicitur, Officium Bocholte juxta Emesam, Item Wilbrandinghoff, Capella Sancti Mychaelis in Urbe, curia Mesehem cui annexa est Capella Sancti Clementis**) IN veteri ecclesia, prouida deliberatione et communi consensu vna cum dictis decano et Capitulo decernentes et statuentes hoc statuto perpetuis temporibus valituro ea firmitate, qua cetera statuta Ecclesie et Capituli sunt firmata, et Vallata tam a nobis quam à nostris quibuslibet successoribus inviolabiliter observando, dignitates personatus beneficia administrationes et officia prenominata, cum vacauerint, per nos uel nostros successores non debere conferri

*) Was hier unter „Capellania“ zu verſtehen ſei ergiebt ſich aus der Urk. CXL. S. 398 folg. der I. Abth. meines Münſt. Urk. B. — Vgl. die hier folg. Urk. v. J. 1350. Vgl. auch Du Cange. ad h. v.

**) Jetzt B. M. V. in ambitu.

Digitized by Google

uel committi nisi juxta consuetudinem memoratam - - Adjicientes etiam statuto hujusmodi, Quod Abbatibus abbatissis prepositis prioribus priorissis ac quibuslibet aliis locorum et Monasteriorum prelatis nostre ciuitatis et dyocesis quorum uel quarum Electiones Capitulo sunt presentande, nisi talium electiones ipsi Capitulo presentate fuerint et admisse, nos uel nostri successores confirmationis uel benedictionis munus non debemus impendere, uel dare licentiam vt ab aliis impendatur. Preterea sub eodem statuto volumus comprehendi vt nullos questuarios ad colligendas et petendas Elemosinas, de quarum admissione nostra interest, nos uel nostri successores per ambitum nostre ciuitatis et dyocesis de cetero admittemus tacite uel expresse, nisi questuarii iidem cum provisore fabrice dicte nostre Ecclesie super portione fabrice debita ita prius conuenerint cum effectu, Quod dictorum Decani et capituli ac ipsius prouisoris accedat expressum (ad hoc) beneplacitum et Voluntas. Nulli ergo hominum hoc statutum et articulos in eo contentos, quibus ad perpetuam firmitatem nostrum et Ecclesie nostre sigilla sunt appensa, liceat infringere uel eis ausu temerario contraire. Quod si quis attemptare presumserit, notam transgressionis

Digitized by Google

quam transgressores ceterorum statutorum et consuetudinum Ecclesie incurrunt, se nouerint incursurum - - Datum et actum anno dominice incarnationis M°.CCC° Quartodecimo crastino natiuitatis beati Johannis Baptiste. —

Nach der Kindlingerschen Abschrift, die aus dem Orig. entnommen, (XV. B. S. 170) verbessert. —

Nro. LVIII.

Das Domcapitel zu Münster verkauft dem Riquin genannt Brokmann eine Präbende in dem Refectorio.

1330.

Ex autogr. transscrips. Bern. a Mallinckrodt*).

Nos Godefridus dictus Rike Decanus, Ecbertus de Benthem Vicedominus, Burchardus de Marpurgh Cantor, Adolphus de Drolshagen Prepositus veteris Ecclesie S. Pauli Monasteriens. Ludolphus de Langen dictus Laschart, Henricus de Buiren Godefri-

*) Am Rande hatte Mallinkr. bemerkt: „Literae hae extant apud Joh. a Drolshagen in Lückenbecke.

Digitized by Google

dus de Rechede, Godefridus de Ludinchusen, Hermannus de Bodericke, Canonici, ac totum capitulum Eeclesie Monasteriensis Vniuersis presentia uisuris et audituris cupimus fieri notum presentibus publice protestantes, quod Riquino dicto Brocman redditus prebende nostre, videlicet carnes prebendales recipiendas in banio refectorii nostri qui bouen den Schragen vulgariter apellatur, septem panes Siligineos septimanatim, et viginti ac sex Scepel tritici tribus cratheris minus annuatim nec non duo molt siliginis Spikermathe que vulgariter grofroghen nuncupatur, quoad vixerit percipiendos et tollendos vendidimus vnanimi consilio et consensu, pro septuaginta marcis Monasteriensium denariorum legalium, nobis traditis et assignatis in pecunia numerata. Si autem prebendas Ecclesie nostre predicte suspendi contigerit, dicto Ricquino loco huiusmodi reddituum singulis annis septem marcas Monasteriensium denariorum legalium ministrare volumus ac debemus, donec sibi dicti redditus ministrentur. Insuper promisimus et promittimus in his scriptis fide data conjunctis manibus et in solidum eidem Ricquino de redditibus supra dictis contra quoscunque Warandiam plenam ac debitam faciendam.

Digitized by Google

In cuius rei testimonium et firmitatis stabilitatem Sigillum Ecclesie nostre predicte duximus presentibus apponendum. Datum et actum Anno Domini M.CCC.XXX. crastino vndecim millium Virginum.

(L. Sigilli majoris capituli cathedr. Monast.)

Nro. LIX.

Statut des Münsterschen Domcapitels, wonach aus mehreren kleinen Obedienzen fünf größere errichtet werden, dem Domdechant die Ernennung der Vicarien an verschiedenen Altären übertragen wird, und die Bedingungen festgesetzt sind, worunter die Errichtung neuer Altäre im Dom in der Folge gestattet werden solle.

1336.

Ex Autogr. transsrips. N. Kindlinger T. XV. pag. 161. Mss.

Godfridus Decanus, totumque -- Capitulum Ecclesie Monast. omnibus in perpetuum. Ad amputandum rancoris et simultatis materiam que pretextu quarundam obedientiuncularum, quas hac-

tenus capitulum porrigere consueverat, emergere posset, non solum nobis sed et posteris nostris, quoad concordiam et tranquillitatem mentium et corporum consulere cupientes, taliter ex unanimi consensu dignum duximus ordinandum, videlicet ut omnes administrationes seu bona quas vel que Decanus noster conferre consueverat in novas obedientias cum vacaverint, et eodem jure ad expectantes canonicos perveniant, quo antique solent obedientie devenire.

Hec autem bona videlicet curtis to Cobbinch, quam quondam Theodericus de Heringhen possedit, et curtis Lepperinch, quam quondam Hermannus de Rechteren tenuit, cum omnibus earundem curtium attinentiis pro una debent obedientia de cetero computari. Item medietas Domus to Dale, decima duorum domorum to Ostenvelde, decima to Norttorpe cum decima cujusdam domus to Norttorpe in agris, et Domus Emezinch, que bona Bernhardus quondam de Bilrebeke amministravit, ad hec etiam domus tor Horst et decima in Sendene, que bona ad Ludolphum quondam de Rechede pertinuerunt, cum omnibus supra dictorum bonorum attinentis, pro una obedientia de cetero debent haberi. Item curtis to Millete, quam quondam Ger-

Digitized by Google

hardus de Monasterio possedit et curtis to Swinhorst, quam quondam Theodericus de Remen possedit cum eorum appendiciis, in unam obedientiam sunt redacta et pro una debent obedientia de cetero deputari, et de qualibet istarum trium obedientiarum dabitur - - Capitulo nostro annuatim una marca denariorum Monaster. legalium per obedientiarium ipsam obedientiam tenentem preter antiquam et solitam pensionem. Item decima in Horstorpe que annexa est annone in Telghet*). Item Spykerhof et domus dicta Gerdinch, que quondam Wernherus de Huvele possedit et procuravit, una erunt obedientia et obedientiarius tenens eandem obedientiam solvet capitulo nostro annuatim unam marcam denariorum monete predicte preter antiquam et solitam pensionem. Ceterum decima tho Rode decima tho Lembeke, decima tho Mersmule, domus tho Vrylinctorpe, decima tho Sathenhem, decima tho Stenvorde uppen Dreyno, et tres decime, quas quondam Magister Lubertus tenuit in unam obedientiam sunt redacta,

*) Vgl. die Urk. N. CXLIII. der I. Abth. des Münster. Urk. B. S. 402.

Digitized by Google

de hiis non solvetur amplius nisi quantum solitum fuerit ab antiquo. Preterea decimatho Dulmene, obedientie unde fertones solvuntur simpliciter est annexa. Preterea decretum est inter nos, ut - - Decanus nunc pro tempore existens suique - - successores, qui pro tempore fuerint hec que sequuntur conferant et non plura, videlicet primum altare cum duobus senioribus de capitulo, et simili modo altare sancte Katherine virginis. Item solus conferat sancti Vincentii et sancti Pauli altaria, Vicarjam Dyaconalem, quam Stephanus habuit, et insuper altare Sanctorum trium regum, dum vacaverit, ad - - Decanum de cetero pertinebit, collatio vero altaris sanctorum Gregorii et undecim milium Virginum dum vacaverit, de cetero spectabit ad - - Rectorem infirmorum.

Item decrevimus et statuimus ut ex nunc de cetero nova altaria nullatenus erigantur in nostra ecclesia dedicanda, nisi quilibet eorum per quemcunque etiam dotatum fuerit, ad minus habeat singulis annis octo marcarum redditus denariorum Monasterii legalium et bonorum. Ita tamen quod eorum fundatores in vita sua collationes ipsorum novorum altarium ad dignitatem vel officium vel ad obe-

Digitized by Google

dientiam in -- Capitulo nostro deputent et assignent pertinendas, sic quod cuilibet*) canonicus pro tempore conferet quod ad ipsius dignitatem vel officium vel obedientiam deputatum fuerit vel assignatum per hujusmodi fundatores. Qui sic in vita sua collationes hujusmodi non deputaverint nec assignaverint ad -- Capitulum nostrum communiter pertinebunt, et sanctorum trium Regum et aliorum novorum altarium predictorum futuri rectores in choro nostro stationarii de cetero permanebunt.

Item statuimus et ordinavimus, ut ex nunc de cetero nostri canonici seu vicarii manufideles cujuslibet nostri canonici infra duos annos, et vicarii nostri vel alterius persone infra annum unum post diem mortis testatorum pro tempore currentes pecuniam testamenti ecclesiam nostram contingentem congregent, et in armario nostre ecclesie deponant conservandam, quousque de consilio nostri -- Capituli pro bonis hereditariis perpetuo convertatur, quorum valorem et administrationes -- Capitulum nostrum constituet et taxabit. Manufideles vero de nostro Capitulo existentes, bona que de testamento sibi com-

*) fors. quilibet. N.

Digitized by Google

missa fuerint comparata tenebunt, et ex eis amministrationes facient quamdiu vixerint, eis quidem defunctis cum suis amministrationibus quinque obedientiis predictis videlicet Sumersele, Swinehorst, Ostenvelde, Spykerhof et Lembeke, propter earum exiles fructus et graves administrationes erunt annectanda, quousque earum administrationes juxta decretum nostri Capituli potius valeant sustentari. In premissorum omnium testimonium et firmitatem nos Godefridus Decanus et - - Capitulum predicti Sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum anno Domini M°.CCC°. tricesimo sexto, jpso die beati Lamberti Episcopi et martiris.

L. S. L. S.

† S. Gotfridi. Ryke Decani capituli.

ecce Monaster.

(cerae fuscae impress.)

Nro. LX.

Engelbert Colve und seine Ehfrau übertragen dem Ludwig von Waltegge, dem Inhaber der Capellanei zu Billerbeck, den Hof Lambertinch im Kirchspiel Billerbeck, für den Hof Eckinchusen.

1338.

Ex chartul. Eccles. Cathedr. Monast. Lib. II. Dist. X. N. XXXI.

Nos Engelbertus dictus Colue Hadewigis ejus vxor legitima vniuersis presentia visuris et audituris notum facimus, presentibus publice protestantes, Quod nos ex motu nostro proprio, de consensuque omnium liberorum heredum et coheredum nostrorum, honorabili viro domino Ludowico de Waltegghe Officiato officii capellanie in Bilrebeke et suis succeessoribus in dicto officio proprietatem curtis Lambertinch in parochia Bilrebeke in legione Altsteden site, in justum et verum permutationis titulum loco proprietatis curtis to Eckinghusen et suarum pertinentiarum tradidimus et donauimus. Que curtis in eadem parochia Bilrebeke sita est. In qua curte Eckinghusen et suis attinentiis nos et heredes nostri nichil juris deinceps nobis poterimus ven-

Digitized by Google

dicare. Quam vero curtem Lambertinc predictam nos et heredes nostri ab officiato dicti officii Capellanie pro tempore existente in feodo jure homagii recipiemus, prout est juris officii memorati. In cujus rei testimonium ego Engelbertus predictus Sigillum meum pro me, Hadewige vxore mea predicta et heredibus nostris duxi presentibus literis apponendum. Datum anno domini M°.CCC°.XXX° octauo, feria quinta post Margarete. —

Man vergl. die Urk. N. CXL. S. 398 der I. Abth. des Münst. Urk. B.

Nro. LXI.

Das Domkapitel zu Münster stellt seine weniger nöthigen weltlichen Dienstämter ein, und bestimmt, daß deren nur fünf, drei nämlich für das Refectorium und zwei für die Küche, in der Folge sollen beibehalten werden u. s. w.

1340.

Ex Chartular. Cath. Eccl. Monast. Saec. XIV. conscr. L. II. D. X. N. IV.

Vniuersis presentes litteras visuris et audituris Euerhardus prepositus, Hermannus decanus totumque Capitulum Ecclesie

Monast. salutem et infra scriptorum cognoscere veritatem. Quum secundum consilium sacrorùm canonum juxta statum et varietatem temporum expedit disponere statum Ecclesiarum vt sic omnibus rite dispositis occurratur periculis, et integritas incollapsa conseruetur, Hinc est quod nos propter hoc in nostro capitulo pluries congregati et exacta deliberatione super statu prepositure nostre et prebendarum amministratione prehabita, quia omnibus sollerter trutinatis et discussis, tandem comperimus, quod prebende in Ecclesia nostra in blado, carnibus, pecunia, et aliis rebus secundum ipsius Ecclesie consuetudinem hactenus inconcusse amministrari consuete propter carnium et rerum aliarum ministrandarum assidue excrescentem caristiam et opprimentium bona prepositure violentiam futuris temporibus verisimiliter ut timetur non valeant commode ministrari, Hinc est, quod nos attento nonnulla fore officia laicalia in Ecclesia nostra predicta, que secundum antiquum ritum coquine et aliis seruitiis ipsius Ecclesie minus necessariis ab olim fuerant deputata, et eorum ministris vt olim adhuc prebende per prepositum in predictis victualibus sine fructu Ecclesie in quantitate non modica ministrantur, quibus ad certum numerum ipsi Ec-

Digitized by Google

clesie sufficientem vt comperimus restrictis, prebende canonicorum et aliorum Ecclesie clericorum hactenus ministrari consuete, non obstante guerrarum uel aliorum casuum fortuitorum ingluuie poterunt commode ministrari. Quapropter nos ad occurrendum periculis premissis, et ad conseruandum in sua integritate clericorum prebendas, quorum ministeria in Ecclesia presertim cathedrali, ad cujus instar cetere Ecclesie exemplariter regi debent, precipue sint necessaria, ut diuinus cultus ritu debito celebretur, de communi consensu omnium nostrorum, ut prebende canonicorum et vicariorum secundum juratam Ecclesie nostre consuetudinem hactenus pacifice obseruatam, omni semota questione in contrarium, per prepositum de cetero infallibiliter ministrentur, tenore presentium concorditer duximus ordinandum et irreuocabiliter statuendum, ut predicta officia quocunque nomine censeantur ad collationem prepositi pertinentia ad quinque dumtaxat officia restringantur. Quorum tria Refectorio, scilicet dapifer cum duobus ministris, et duo in coquina, sub juramentis ministrorum fideliter deseruiant, sicut hactenus est consuetum, et ipsis pro labore eorum in pecunia satisfiet, ita videlicet, quod prepositus da-

Digitized by Google

pifero decem marcas vsualis monete Monast. annis singulis ministrabit. Et conferret prepositus personis ydoneis officia prelibata. Alia vero officia predicta, cum vacauerint, de cetero omnino cessabunt, et nulli per prepositum conferrentur aliquatenus, nec vendentur, sed fructus prebendarum ipsis ministrari consueti, preposito remaneant, pro canonicorum et vicariorum prebendis, omni semoto scruppulo uel dubio, integraliter ministrandis. Et eorum Officia in Cena Domini et aliis temporibus in refectorio et in capitulo in propinationibus facienda, Dapifer cum duobus ministris refectorii fideliter adimplebit. Cetera vero ministeria circa exequias canonicorum defunctorum, exhiberi consueta, dapifer cum ceteris refectorii et coquine legaliter facient propriis in personis. Ita tamen, quod bursarius capituli tollet prebendas canonicorum suspénsorum ad vsus et vtilitatem capituli, prout nunc et hactenus est consuetum. Et vt pacis et vnitatis vinculum inter nos obnixius conseruetur, modo quo premittitur statuimus, et ordinamus, quod prepositus, qui pro tempore fuerit, in principio creationis sue jurabit ad sancta Dei Ewangelia, tactis corporaliter sacrosanctis, salu-

Digitized by Google

brem hanc ordinationem in omni sui serie inuiolabiliter obseruare. Et celerarium singulis annis in vigilia beati Jacobi apostoli hora capitularia in capitulo constituere, hoc etiam in ipsa Ecclesia de consuetudine hactenus fieri est consuetum et obseruatum. Et ad vberius etiam pacis et vnitatis vinculum inter nos constringendum, inter nos condictum, extitit, et ordinatum concorditer, quod omnes questiones et impetitiones sique inter prepositum et capitulum mote fuerant, uel moueri possent, vsque in hunc diem omnino cessabunt, et per concordiam sint sopite, et omnia per prepositos et capitulum facta hactenus et ordinata, prout nunc sunt, in suo robore inuiolabiliter perseuerent. Et nos prepositus nec non decanus et capitulum predicti, quia premissa in omni sui serie solerti examinatione premissa, pro statu dicte Ecclesie nostre conseruando, comperimus salubriter adinuenta, sigilla nostra duximus presentibus apponenda in robur perpetuum et testimonium omnium premissorum. . Datum anno Domini M°.CCC°.XL°. in vigilia beati Jacobi apostoli. —

Digitized by Google

Nro. LXII.

Papst Clemens VI erklärt, daß die, ohne Einwilligung des Domcapitels zu Münster, unter Bischof Ludewich von dem Domherrn Rubin von Sennen und Everhard Brune, Pfarrer zu Warendorf, unternommene Umtauschung ihrer Pfründen ungültig und nichtig sei u. s. w.

1342 — 1352.

Ex eodem Chartulario L. II. D. VII. N. XXXVIII.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Osnaburgensis et sancti Andrae Coloniensis ac veteris Ecclesie sancti Pauli Monasteriensis Ecclesiarum Decanis salutem et apostolicam benedictionem. Petitio dilectorum Decani et capituli Ecclesie Monasteriensis nobis exhibita continebat. Quod licet de antiqua et approbata et tanti temporis spatio pacifice obseruata consuetudine, quod ejus contrarii memoria non existit, in permutationibus que fiunt pro tempore de canonicatibus et prebendis ipsius Ecclesie cum quibusdam aliis ecclesiasticis beneficiis, ante permutationes easdem, decani et capituli predictorum habeant requiri consilium et assensus, Tamen

vnerabilis frater noster Lodewicus Episcopus Monast. a Rubino de Seynen tunc canonico ipsius Ecclesie, canonicatus et prebende, quos in eadem Ecclesia obtinebat, et a quondam Euerhardo Brune tunc rectore parochialis Ecclesie in Warendorpe Monast. ejusdem parochialis Ecclesie resignatione, ex causa permutationis recipiens, canonicatum et prebendam Euerhardo, et parochialem Ecclesiam prefatam Rubino, predictis, absque dictorum decani et capituli consilio et assensu contulit, in ipsorum decani et capituli prejudicium et grauamen, ortaque preterea inter decanum et capitulum ex parte vna et Euerhardum predictos ex altera materia questionis, felicis recordationis Benedictus papa XII. predecessor noster, cum partes ipse in Romana curia presentes existerent, causa hujusmodi dilecto filio Magistro Oliuerio de Terzeto, decano Ecclesie Ylarii pictanensis sedis apostolice capellano et auditori causarum palatii Apostolici ad instantiam Echardi de Lubeke procuratoris dictorum decani et capituli audiendam commisit, et sine dubio terminandam coram quo comparentibus in judicio Echardo procuratore et Euerhardo principali predictis et per eundem procuratorem quondam in causa hujusmodi oblato libello,

Digitized by Google

dicto Euerhardo non curante pro parte sua libellum aliquem exhibere. Et per predictum Echardum ac Magistrum Philippum de Placentia procuratorem ipsius Euerhardi procuratorio nomine pro eodem de Calumpnia et de ueritate dicenda in causa hujusmodi in ipsius auditoris presentia prestitis juramentis ac formatis et traditis quibusdam propositionibus et articulis et contra eosdem propositiones et articulos datis quibusdam exceptionibus, et ad dictas propositiones quibusdam responsionibus hinc inde secutis in terminis ad singulos actus hujusmodi per dictum auditorem eisdem partibus peremtorie ac successiue prefixis, idem auditor eisdem Echardo et Philippo ad producendum omnia acta et munimenta, quibus in causa vti uolebant, assignauit certum terminum peremtorium competentem. In quo prefatus Philippus coram eodem auditore in judicio comparens, ejusdem Echardi non comparentis contumatiam accusauit et in ipsius contumatiam quedam instrumenta publica et literas autenticas, acta et munimenta pro parte sua exhibere curauit, ac deinde facta per dictum Predecessorem super dictis articulis ad certos judices remissione ad partes et per dictos judices receptis nonnullis testibus per dictas partes coram eis productis ipsisque dili-

Digitized by Google

genter examinatis et eorum dictis in scriptis fideliter redactis ac ipsorum attestationibus sub dictorum judicum sigillis inclusis remissis ad curiam juxta morem, ac interim Euerhardo et deinde pro predecessore predictis viam vniuerse carnis ingressis. Nos diuina fauente gratia ad apicem summi Apostolatus assumpti, eidem auditori commisimus, ut attestationes aperiret easdem dictamque causam audiret et fine debito terminaret, qui ad instantiam ipsius Echardi coram prefato auditore in judicio comparentis dictum Episcopum et alios qui sua interesse putarent, ad videndum aperiri et publicari attestationes predictas citari fecit in audientia publica ad certum terminum peremtorium competentem. In quo prefatus Echardus coram eodem auditore in judicio comparens eorundem citatorum non comparentium contumatiam accusauit et in eorum contumatiam attestationes aperiri et publicari petiit supradictas, quod ad actum hujusmodi contumaces in eorum contumatiam attestationes easdem aperuit et publicauit, dictusque auditor eosdem Episcopum et alios qui sua crederent interesse, ad dicendum quicquid dicere vellent contra easdem attestationes nec non ac concludendum in causa ipsa uel dicendum causam rationabilem quare concludi non de-

beret in ea citari fecit in eadem audientia ad certos peremptorios terminos successive in quibus prefatus Echardus coram ipso auditore in judicio comparens Episcopi et aliorum citatorum predictorum non comparentium contumatiam accusauit, et in eorum contumatiam contra depositiones dictorum testium pro parte ipsius Euerhardi predictorum quasdam exceptiones exhibuit et in causa ipsa conclusit in dicto termino ad hoc dato, dictusque auditor eosdem Episcopum et alios citatos reputans prout erant, exigente justitia contumaces in eorum contumaciam cum eodem Echardo in causa ipsa indicto termino conclusit et habuit pro concluso, ac Episcopum et alios qui sua crederent interesse predictos ad suam in ipsa causa difinitiuam sententiam audiendam citari fecit ad peremptoriam certam diem, in qua prefato Echardo coram eodem auditore in judicio comparente ac Episcopi et aliorum citatorum non comparentium contumaciam accusante et in ipsorum contumaciam sententiam ipsam cum instantia ferri petente dictus auditor reputans Episcopum et alios citatos predictos quoad actum hujusmodi exigente justitia, contumaces et in eorum contumaciam visis et diligenter inspectis omnibus actis ac citatis habitis et productis in causa

Digitized by Google

hujusmodi coram eo, ipsisque cum diligentia recensitis, et super hiis omnibns facta coauditoribus suis dicti palatii relatione plenaria et fideli, de ipsorum consilio et assensu diffiniendo pronuntiauit decreuit et declarauit, prout hec omnia in dicto libello petita fuerant, collationem et permutationem predictas, et earum quamlibet fuisse et esse nullas cassas irritas, easque et ipsarum quamlibet cassauit, reuocauit, et etiam irritauit prout in instrumento publico inde confecto dicti auditoris sigillo munito plenius dicitur contineri. Nos itaque dictorum decani et capituli supplicationibus inclinati, hujusmodi sententiam dicti auditoris sicut prouide lata est ratam et gratam habentes, ipsamque auctoritate apostolica confirmantes discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos uel duo aut vnus vestrum per vos uel alium seu alios sententiam ipsam executioni debite demandantes, eam vbi et quando expedire videritis auctoritate nostra solempniter publicetis, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Datum Auinion. V. idus Julii pontificatus nostri anno (Dieſes Jahr war nicht hinzugeſetzt. Papſt Clemens VI. regierte aber v. J. 1342—1352).

Digitized by Google

Man vergleiche hiermit die oben mitgetheilte Urkunde v. J. 1313, welche schon ein Statut des Münst. Domkapitels gegen das Umtauschen der Präbenden enthält. —

Nro. LXIII.

Das Domcapitel zu Münster setzt, mit Bewilligung des Bischofs Florenz, elf Artikel fest, welche die Pröpste beschwören sollen, um dadurch eine bessere Verwaltung der Kirchengüter einzuführen.

1370.

Ex Autogr. transscripsit N. Kindlinger T. XV. Mss. p. 166.

In nomine Domini Amen. Nos . . Decanus .. Capitulum Ecclesie Monast. attendentes propter hostiles incursus ac desidiam sive neglientiam prepositi ac . . ceterorum officiatorum prepositure nostre preesse debentium bona et homines Prepositure ad talem statum pervenisse, quod prebende consuete nequeunt ad presens de bonis et hominibus predictis in ecclesia nostra administrari. Quapropter de remedio prospicere cupientes, ne ecclesia nostra propter defectum administrationis preben-

Digitized by Google

darum officiis careat et destituatur divinis, concorditer duximis statuendum, Reverendi Domini nostri Florentii ecclesie prescripte Episcopi ad hoc accedente consensu, Quod prepositus, qui pro nunc fuerit creatus post Christianum de Benthem Prepositum ecclesie nostre, jurare tenebitur, quoad vixerit, vel prepositus permanserit, tactis corporaliter sacrosanctis evangeliis articulos infra scriptos fideliter observare, quo civiliter, vel naturaliter decedente ecclesia nostra quoad prepositum sive prepositure regimen in consuetudinibus et juribus antiquis permanebit sicut ante fuerat, articulis non obstantibus subscriptis.

Primus articulus est quod prepositus preposituram in suo antiquo jure et bona Omnia prepositure tam in lignis quam in agris observabit fideliter, nec quidquam alienabit ab eisdem.

Secundus est quod homines ad prepositurам pertinentes ad presens in futuro non permutabit, nec quidquam de eis quod ad permutationem tendere possit disponet sed fideliter eosdem in suis juribus defendet et conservabit.

Tertius est, quod non faciet exactiones sive petitiones quovis quesito colore, quidquam ad hominibus vel bonis extorquendo, quia de talibus celerarius cum sibi adjunctis discrete disponet, omnes obventi-

Digitized by Google

ones, petitiones, pensiones et fructus pro usibus capituli capiendo emonendo et levando in quibus prepositus assistentiam et promotionem celerario faciet toto posse.

Quartus est quod villicationes, que taliter vacaverint quod filius patri non succedit, nulli porrigentur sine consensu et jussu capituli nec villicationes conferantur in plures manus sed in unam solam, nec porrigantur in eisdem alicui Domine ususfructus.

Quintus est, quod per vecturas et servitia non angustabit seu arctabit homines prepositure pertinentes, sed Celerarius ecclesie predicte juxta exigentiam operis prepositi et coquine tenebitur hujusmodi moderari, ligna necessaria, ubi minus dampnosiora fuerint, secando et capiendo castro in Schonenvlet et coquine Dominorum ac hospitio prepositi in urbe situato deputando.

Sextus est quod prepositus sub suis expensis lucro et dampno cum omnibus amicis suis quos ad hec inducere poterit, sine dolo et fraude, erit adversarius et inimicus omnium illorum, qui bonis et hominibus ecclesie et prepositure adversantur, absque mora talibus hostibus resistentiam faciendo sine fraude, ac si eundem in corpore et bonis suis paternis lesissent et dampna intulissent, per omnia in

Digitized by Google

talibus videlicet Ecclesie procurando, nec capiat pacem vel sonam cum talibus hostibus absque capituli vel sanioris partis consensu.

Septimus est, quod Celerarius pro tempore existens in quatuor partibus anni, videlicet in festis Pasche, beatorum Petri et Pauli apostolorum, Mychaelis Archangeli et nativitatis christi, ministrabit preposito pro sustentatione sua, et pro castro in Schonenvlete conservando, octoginta marcas denariorum Monast. scilicet in quolibet predictorum quatuor festorum viginti marcas, et ad hoc retinebit prepositus agros, quos habet sub cultura de allodio castri predicti, ac decimas in Ghymmete et Wichtorpe ac decimas minutas tollendas in parochia Ewerswinkele et Telget, exceptis pullis et anceribus, quas ipse celerarius Dominis ministrabit, retinebitque prepositus archidyaconatum prebendam cum juribus refectorii, nec non computationem factam*) per celerarium coram capitulo, illud quod superfuerit prebendis integre ministratis, et in hiis contentus stabit, nichil amplius à celerario vel capitulo exigendo quovis quesito colore.

*) Fors: computatione facta. N.

Digitized by Google

Octavus est, quod capitulum, sive major pars capituli statuere debebit celerarium singulis annis, cum prepositus defectum administrationis non teneatur supplere, sed tantum ad perlocutionem tuitionem et defensionem jurium hominum et bonorum, ut superius exprimitur, sit astrictus.

Nonus est, quod castrum Schonenvlete fideliter prepositus de predictis redditibus sibi deputatis et de suis sumptibus conservabit pro usibus capituli, nullas gwerras de eodem, preter in causis ecclesie et prepositure, excreendo, in quibus ad definitionem capituli juri contentus stabit. Idem etiam castrum patere et apertum esse debet capitulo omni tempore pro ipsius beneplacito et utilitate, et prepositus tenebitur dictum castrum capitulo, cum requisierit, restituere absque contradictione qualicunque, et si capitulum ex tunc Castrum alteri commiserit, ille tenebit et habebit agros allodii juxta Sconenvlete sitos cum decimis prescriptis pro castro conservando, si etiam prepotitus predictus dampna alicui intulerit de castro prescripto, quod castrum restaurare tenebitur, à tali dampno eripere debebit prepositus Capitulum et indempne conservabit.

Decimus est, quod postquam prepositus decesserit naturaliter vel civiliter ut prescribitur, ex tunc ipse in vita sua vel

Digitized by Google

sui testamentarii post ipsius mortem pro retentis pensionis vel petitionis,*) hominibus et bonis prepositure questiones vel monitiones movere non debebunt, quia talia retenta capitulo cedunt.

Undecimus est, quod prepositus prescriptus dolose et fraudulenter se non debebit absentare, sicque per ejus absentiam jura et bona cum hominibus et prepositure maneant indefensa.

Nos Florentius Dei gratia Monast. Ecclesie Episcopus considerantes articulos prescriptos utiles et pro statu Ecclesie predicte necessarios, ipsos in forma prescripta cum consensu Capituli supra scripti confirmamus et approbamus, ac pro testimonio sigillum nostrum una cum sigillo capituli ecclesie nostre Monast. fecimus huic scripto**). Acta sunt hec sub anno Domini Mmo. CCCmo. LXXmo. Sabbato proximo post Dominicam qua cantatur Reminiscere. (L. S.) (L. S.)

Anm. Der Eid, den der Dompropſt Johann v. Naſſau 1404 geſchworen hat, war folgender:

Nos Johannes de Nassau prepositus ecclesie Monast, notum facimus universis quod nos tactis sacrosanctis scripturis ad sancta Dei ewangelia juravimus articulos infra scriptos firmiter tenere et inviolabiliter servare.

*) Fors: pensionibus vel petitionibus. N.

**) Deest: apponi „— aut aliud verbum. N.

Digitized by Google

Nun folgen die 11 Artikel, die oben vorgeschrieben sind.

In quorum omnium...premissorum.....sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini... millessimo CCCC°. quarto, ipso die S. Stephani protomart.

Nos Henricus de Nassau prepositus ecclesie Monast. notum facimus etc. (Alles wie vorhin.)

In quorum omnium etc. Anno à nativitate Domini Millessimo quadringentissimo vicessimo primo, feria sexta post festum beati viti martiris (L. S.)

Nro. LXIV.

Das Domkapitel zu Münster zieht, mit Bewilligung des Bischofs, die Obedienz des Kammeramts (Camera) ein, und überträgt die Verwaltuug desselben dem Bursarius.*)

1383.

Ex Chartulario Eccles. Cath. Monast. Sacc. XIV. L. II. Dist. X. in fine.

Decanus et capitulum Ecclesie Monasteriensis Vniuersis presentem paginam seu

---

*) Vergl. die Urkunde v.J. 1176, im M. U.B. I. S. 264.

Digitized by Google

presens Statutum inspecturis salutem in Domino, et rei infra scripte cognoscere veritatem. Circa rei communis ecclesie nostre negotia curis sollicitari debemus continuis, et que emendatione indigent in melius reformare. Ad ea tamen intenti omnis meditatione studii conscientia suadenti cogimur dirigere mentes nostras que potiora censentur, ex quibus nostre Ecclesie succrescit honor, ac ipsius quieti consulitur et paci, Per que etiam Ecclesia nostra in spiritualibus et temporalibus prosperatur. Sane fuit in eadem Ecclesia nonnullis retro actis temporibus a) apua nos quedam obedientia camere nuncupata cujusmodi obedientiam obtinens pro tempore singulis annis ouium et boum pelles non modici pretii et valoris pro administratione carnium quasi per circulum anni mactandorum, contingentes seu deriuantes percipiat vniuersas. Et quod grauiter ferendum est, licet Celerarium nostrum pro tempore existentem dictam administrationem carnium, deficientibus sibi substantialibus, supersedere contingat, pleraque in parte penitus et omnino, Nichilominus tamen dictam obedientiam predicto pro tot pellibus, quot si oues et boues mactarentur, percepturus esset, in prompta pecunia juxta communem estimationem satisfacere compellamur,

Digitized by Google

in ejusdem Ecclesie singulorumque canonicorem prejudicium non modicum et grauamen. Cum igitur fructus redditus et prouentus dicte Ecclesie sint adeo exiles et debiles, tum propter malum terre statum, tum propter sterilitatem longo tempore durante, tum propter confinium principum et tyrannorum guerras grauissimas et diuturnas, tum propter solutionis defectum, adeo diminuti, quod quidam nostri in ecclesia jugiter vix inde sustentari valeant, et aliqui nostrum propter tenuitatem prebendarum nobiscum residere obmittant se absentando, propter que diuinus cultus in dicta Ecclesia diminuitur euidenter, quem potius augeri quam minui cupientes, nobisque et successoribus nostris de necessariis prouidere volentes, graue quod patitur Ecclesia nostra in spiritualibus et temporalibus detrimentum.*)

Nos circa hoc nostre considerationis sollicitudinem dirigentes, ac volentes huic errori manifesto remediis consulere optimis, pluribus tractatibus, ac matura deliberatione in capitulo nostro super hoc habitis inter nos, de consensu concordi omnium nostrorum, et speciali-

*) Hier ſcheint etwas zu fehlen. M.

Digitized by Google

ter Domini Luberti de Rodenberghe concanonici nostri dictam obedientiam obtinentis cujus specialiter interest duximus statuendum et ordinandum, statuimus et ordinamus, quod de cetero fructus redditus et prouentus dicte obedientie cum suis juribus et pertinentiis vniuersis Bursarius noster existens pro tempore recipiat, et inter Canonicos Ecclesie ministranda ministret, et onera in posterum supportet locis temporibus debitis et consuetis, sic quod predicta obedientia inter alias obedientias Ecclesie nostre sicut hactenus tentum et obseruatum existit deinceps non computetur, sed tanquam perpetuo annexa et vnita officio bursarii nostri efficaciter reputetur. Et vt hujusmodi ordinatio nostra siue statutum per nos firmius obseruetur, ipsam ordinationem siue statutum inuiolabiliter obseruare et manutenere nos, et precipue Dominus Lubertus spontanea voluntate, bona fide et sub debito juramentorum à nobis et quolibet nostrum tempore receptionis nostre prestitorum, promisimus, euidenti et vrgenti necessitate dicte Ecclesie nostre pensata. Ceterum vt hec omnia et singula majorem roborem obtineant et firmitatem,

Digitized by Google

Reuerendo in Christo patri ac Domino Episcopo Monasteriensi supplicauimus, quatinus ea omnia est singula auctoritate ordinaria dignetur confirmare, roborare et ratificare. Ita tamen, quod per hujusmodi confirmationem libertatibus priuilegiis et consuetudinibus capituli, aut etiam exemptioni quam a Jurisdictione ordinaria ipsius Reuerendi patris ex priuilegio et consuetudine habere noscimus, quibus prejudicari non intendimus, nec possit in aliquo derogari. — Et nos Heydenricus Dei gratia Episcopus Monastesiensis consideratis et diligenter examinatis et recensitis ordinatione statuto ac omnibus aliis et singulis supradictis, attendentes ipsa non tam vtilitati et necessitati dicte Ecclesie nostre, sed etiam rationi equitati conuenire, ad supplicationem Decani et Capituli, nec non Domini Luberti consentientis predictorum ea omnia et singula confirmamus, roboramus et approbamus. Nolentes tamen, quod per hujusmodi confirmationem libertatibus, priuilegiis, consuetudinibus vel exemptioni predictis dictorum Decani et Capituli aut nostre Ecclesie aliqualiter derogetur. In quorum omnium testimonium et munimen et in

Digitized by Google

signum confirmationis et ratificationis ad supplicationem dictorum Decani et Capituli, nec non domini Luberti consentientis, Sigillum nostrum vna cum Sigillis Decani et capituli nec non domini Luberti predictorum presentibus duximus apponendum. Datum anno domini M°. CCC°. LXXXIII°. feria quinta ante festum beati Bartholomei Apostoli. —

a) Schon im Jahre 1350 hatte der Domherr Gerhard von Buckesle auf diese Obedienz des Kammeramtes, welche ihm durch den Tod des letzten Besitzers derselben, Johannes, genannt Küster, zugefallen war, verzichtet, uud dieselbe dem Kapitel zur ferneren Bestimmung völlig überlassen. Die Urkunde darüber findet sich im angeführten Copialbuch L. II. D. VI. N. IV.

Nro. LXIV.

Das Domkapitel zu Münster erneuert und bestätigt das Statut wegen Vollendung der Studien ꝛc.

1387.

Ex Autogr. Tabul. Eccles. Cath. Monast. transscrips. N. Kindlinger Mss. T. XV.

Prepositus. Decanus. et Capitulum eccle-
sie Monast. considerantes quod ex eo quo

contra statutum, dudum in ecclesia nostra per nostros predecessores de studio per quemlibet canonicum ecclesie Monast. perficiendo rationabiliter et utiliter factum, et sub certi tenoris privilegio sigillatum et per sexaginta annos et amplius cautum et observatum, pro nunc temporibus istis, aliquibus ex nobis propter utilitatem et evidentem ecclesie nostre necessitatem ut putabatur, permissive fuit indultum.*) Ne ad observantiam illius arcerentur, vt rerum experientia docet, ecclesie nostre dampna inhonestates et jacture provenerunt. Idcirco vocatis omnibus ad hoc evocandis capitulariter duximus ordinandum et statuendum, Reverendi etiam in Christo patris et Domini nostri Domini Heydenrici Episcopi Monast. consensu et confirmatione accedente, prefatum statutum de studio perficiendo juxta tenorem privilegii super hoc confecti. quod quidem statutum presentibus innovamus de cetero fore observandum.. per nos et nostros successores inviolabiliter absque fraude in vim prestiti cujuslibet nostrum juramenti. Contrariam observantiam de cetero revocamus cassamus et annullamus. que tamen cum illis, quibus huc usque

*) Hier ſcheint richtiger ein Doppelpunkt ſtehen zu müſſen. M.

Digitized by Google

indultum fuit, gesta sunt in suo robore super hujusmodi studio sunt permansura.

Siquis vero prefatum statutum violare de cetero presumpserit, voce capitulari et ab actibus capituli manebit exclusus et privatus ipso facto.

In premissorum testimonium sigillum capituli presentibus literis est appositum. Et nos Heydenricus Dei gratia Episcopus Monast. considerantes hujusmodi statutum pro statu ecclesie nostre utile necessarium et honestum, ipsum in forma prescripta confirmamus et approbamus in his scriptis sigillum nostrum una cum sigillo dicti nostri capituli presentibus appendendum. Datum anno Domini Millesimo CCC°, LXXX° septimo crastino die festi beati blasii Episcopi.

L. S. Episcopi, quod decidit.

L. S. Capituli. —

Digitized by Google

Nro. LXV.

Erneuerung und Beſtätigung des Statuts des Münſt. Domkapitels: nur Adlige als Mitglieder aufzunehmen, welches auch beim Umtauſchen beobachtet werden ſolle.

1392.

Ex Autogr. transscripsit idem T. XV. Mss. p. 159.

In nomine Domini Amen. Cum ratio non patiatur in oblivionis desidiam verti, que pro ceterarum utilitate et defensione noscuntur instituta. Sane cum nostra Monast. Ecclesia que quasi in medio nationum perversarum consistit, in prima sui fundatione ad hoc speciali prerogativa privilegiata existat, sicque a nostris predecessoribus in ipsius fundatione consulte statutum et ordinatum in eadem, quod a personis nobilibus vel saltem ex militari ab utroque parente prosapia ac thoro legitimo procreatis, aut in sacra Theologia seu jure canonico vel civili graduatis, quarum potentia et industria ac consanguineorum et amicorum suorum assistentia a Malignorum insultibus defendi valeat et tueri, regi debeat et gubernari. Nos igitur Hermannus Fransois Decanus totumque capi-

Digitized by Google

tulum et.. canonici ejusdem ecclesie rem non novam aggredientes, neque viam insolitam ambulantes sed anteriori statuto et ordinationi dictorum nostrorum predecessorum inherentes, accedentibus ad hoc Reverendi Domini nostri Domini Ottonis dicte nostre ecclesie Electi et Confirmati consilio approbatione confirmatione et assensu, dictum statutum seu ordinationem nostrorum predecessorum per eosdem juratum et inconcusse observatum in omni sui forma, cum consideratio preteritorum inducat rationem probabilem de futuris, presentis nostre approbationis et renovationis indubitato roboramus suffragio et inconcusso munimine stabilimus statuentes ordinantes jurantes ac firmiter et irrevocabiliter pro nobis nostrisque successoribus promittentes formam dicti anterioris predecessorum nostrorum statuti perpetuis temporibus inviolabiliter observare. Et quod etiam ex nunc in antea nullus in dicta nostra Ecclesia per viam permutationis recipiatur seu admittatur in canonicum et in fratrem, neque per nos nostrosque successores in receptione alicujus persone et permutationis causa canonicatum et prebendam in eadem Ecclesia affectantis consensus prebeatur nisi fuerit conditionis seu preeminentie supradicte

Digitized by Google

cui etiam in sua receptione et admissione juret et promittat bona fide premissa totaliter observare.

In premissorum testimonium ac roboris firmitatem sigillum nostrum majus una cum sigillo dicti Reverendi Domini nostri Domini Ottonis presentibus duximus apponendum. Et nos Otto electus et confirmatus predictus profectum et Utilitatem dicte nostre ecclesie immerito affectantes cum premissa à rationis tramite minime discrepare ea omnia et singula tenore presentium approbamus et confirmamus ac nostri sigilli appensione roboramus. Datum et actum anno Domini M°. CCC°. nonagesimo secundo, Mensis July die duodecima.

L. S. Episc. caerae rubrae impressi.

L. S. Capituli caere viridi impressi.

Anm. „Der Adel — schreibt der Verfasser der „Geschichte der sogenannten Domherrn" S. 64. — häufte sich in den Domkapiteln sehr an, da er itzt von den durch die Theilung so ansehnlich gewordenen Benifizien ohne alle Mühe reichlich leben konnte, und brachte es endlich, ganz wider den Willen der Stifter, durch allerlei Kunstgriffe dahin, daß man den Bürgerstand bald gänzlich von dem Genusse der Dompräbenden ausschloß, — ja man ging noch weiter: die Domherrn, um es sich noch bequemer zu ma-

chen, glaubten bald, Gott genug zu thun, wenn sie den Chor durch Substitute versehen ließen, und so entstanden die Vikarien. u. s. w. Man weiß, was nun aus den Stiftungen Karls d. G. geworden ist." —

Nro. LXVI.

Statut des Münst. Domkapitels über die Wiederbesetzung der erledigten Propsteien, Archidiakonaten, Caplaneien ꝛc.

1533.

Ex Tomo XV. Mss. N. Kindlinger, p. 177.

In Dei omnipotentis Nomine Amen.

Quandoquidem nos Decanus et capitulum Ecclesiae Monast. jam dudum experientia docente comperimus Praeposituras*), Ca-

*) Im Jahre 1618 ertheilte Payst Paul V. dem Domkapitel ein Indult über die Wahl des Dompropsten. Die Urkunde ist bei Lünig Spicil. Eccles. II. p. 362 abgedruckt. Vergl. damit die Bulle P. Innocenz XII. vom Jahre 1699 worin er dem W. F. von Nesselrode die Dompropstei conferirt. (Das. S. 566.) Das Domkapitel aber hatte — gestützt auf obiges Indult — diese durch den Tod des Freiherrn von Fürstenberg erledigte Propstei dem Freiherrn von Velen conferirt. Ich besitze hierüber ein Rechtsgutachten, welches jedoch aus sehr wichtigen Gründen dem Papste das Recht der Collation zuerkennt. — N.

pellanias Archidiaconatus et quoque officia quae antelapsis temporibus, quoties vacaverunt, canonicis ejusdem ecclesiae emancipatis senioribus ex vetustissima et praescripta consuetudine conferri consueverunt, aliquibus jam effluxis annis nullo seniorum ac juniorum canonicorum ordine servato, illis frequentius qui vel per ambitionem vel inordinatos favores importunasque sollicitationes hoc ipsum evincebant, commissa et collata fuerunt. Qua ordinis praeposteratione causante, praeter alia inde exorta incommoda, frequenter et illud evenit, quod variae simultates et discordiae inde pululantes, gravibus soepe numero cantroversiis occasionem dederunt, in Ecclesiae et ejus membrorum incommodum non modicum.

Hinc est quod nos Decanus et capitulum praefati, tam nostris quam post nos sequuturis temporibus hujusmodi jncommoditatibus ad Ecclesiae ejusque membrorum pacationem et tranquillitatem oportune prospicere et consulere cupientes, ad praesens jam vacante per obitum Reverendiss. Domini, Domini Francisci Episcopi Monast. etc. dictae Ecclesiae Cathedralis sede, ad hoc ipsum congregati ac maturo tractatu et consultatione praehabita, tandem pro nobis nostrisque successoribus unani-

Digitized by Google

miter statuimus et ordinamus per hoc perpetuo valiturum statutum.

Quod ubi et quandocunque deinceps dictae Ecclesiae praeposituras, Archidiaconatus capellanias vel officia aliqua (Thesauraria atque Vicedominatu, item officiis Mesen, Wilbrendinckhof, Michaelis et Camerae solummodo exceptis) sive per resignationem sive per decessum vacare contigerit, post praelatos senior in ordine emancipatus canonicus tempore vacationis in subdiaconatus saltem ordine constitutus et apud nos residens inter octo dies à tempore jam dictae vacationis numerandos, coram Decano vel eo absente, seniore et capitulo vacans hujusmodi officium Archidiaconatus etc. ut praememoratur, per se vel per procuratorem suum aliquem canonicum emancipatum optare poterit, si velit, alio si quod de praemissis habuerit, dimisso, illi quem post eum ordo tanget, siquidem et ipse id petierit, alioqui ad sequentem, vel sequentes, servato ut praemittitur ordine (qui videlicet pariter qualificati id ipsum ad formam praescriptam petierint) optandi facultas devolvetur, Ita tamen ut nulli confratrum liceat post semel dimissum, saepius quam secunda vice talem optionem facere, nec etiam ex praetactis Preposituris Capellaniis Archidiaconatibus, de talibus tribus unam vel

Digitized by Google

unum, et ex dictis officiis unum simul et eodem tempore habere sive possidere aliquo modo. — Quotiescunqae autem aliquis confratrum talem optionem fecerit, is idem Decani et capituli literis sigillatis Episcopo pro tempore praesentabitur ad effectum, ut de hoc ipso, quod sic optaverit, ab eodem Domino Episcopo ad talem praeviam praesentationem et non aliter canonice provideatur.

Caeterum quia Thesaurariam et Vicedominatum una cum aliis supra specificatis officiis, quantum ad praescriptum optand decretum attinet legitimis de causis excipiendam et excipiendum duximus de iisdem unanimi consensu, in eum qui sequitur modum disponimus et statuimus per praesentes.

Nempe quod Thesaurariae et Vicedominatus occurrente vacatura Episcopo nostrae Ecclesiae pro tempore libera erit et manebit collatio. Ita tamen ut personis jdoneis et, modo praemisso, qualificatis et non nimis juvenibus conferantur. Cum autem tam harum quam etiam aliarum Ecclesiae nostrae dignitatum redditus, per onerum iisdem dignitatibus annexarum magnitudine revera sint plus aequo tenues ac quoque talibus Praelatis, praesenti nostro statuto jam dicta officia optandi facultas denegatur, ne propterea iidem Praelati praegraventur ac suo dispendio onera

Digitized by Google

sentiant, Dignum igitur arbitramur, ac praesenti statuto volumus et ordinamus, quod ammodo pro tempore vacantia praetacta officia, videlicet officium Mesen Decanatui, officium Wilbrendinckhof Scholasteriae, officium Michaelis Thesaurariae, et officium Camere Vicedominatui erunt et nebunt respective annexa perpetuo.

Quantum vero ad ecclesiae nostrae Praeposituram attinet, volumus statuimus et unanimiter in hoc consentimus, quod praefatus Ecclesiae Praepositus semel tantum unam quam ex soepe dictis praeposituris et cappellaniis, vacatione eorundem contingente, eligendam et acceptandam duxerit, optare ac una cum praepositura habere et possipere poterit; dummodo tamen is saltem in subdiaconatus ordine fuerit repertus, praemissis omnibus aliis in suo robore permausuris non obstantibus.

Alii porro Praelati, ut est supra dispositum ac praeterea qui Ecclesiae veteris ac sancti Mauritii praeposituras pro tempore obtinent, non debent neque possunt in posterum, quam diu praelaturas hujusmodi possederint, ad praemissam optandi obtinendique una cum talibus possessis Praelaturis, facultatem aliquo modo admitti,

Caeterum ne saluberrimam hanc nostram ordinationem vel hominum malitia vel

Digitized by Google

temporum oblivione violari et negligi contingat, eadem inter Statuta nostre Ecclesiae jurata censeri, ac pariter cum iisdem inviolabiliter observari volumus, statuendo videlicet tenore praesentium, quod ab hinc inposterum nullus omnino ex nobis vel nostris successoribus aliter quam modo praemisso Praeposituras Capellanias, Archidiaconatus et officia praedicta ab Episcopo pro tempore existente impetrare, vel etiam ab eodem proprio motu vel ad cujuscunque alterius petitionem collata quovis etiam quaesito colore recipere et optinere vel possit, vel debeat. Quodque in hoc contrarium faciens, postquam hujus nostri statuti verisimiliter cognitionem habuerit, perjurii ac transgressionis nostrorum statutorum maculam eo ipso incurrat. Ac praeterea à perceptione et commodo quorumcunque emolumentorum ac jurium prebendae suae sint atque esse debeant ipso facto, seu ad nostram declaratoriam sententiam desuper summarie sine strepitu et figura judicii ferendam, suspensi, donec et quousque reipsa à temeritate sua hujusmodi destiterint, ac praeterea ad Decani et Capituli praefatorum dictamen condigna satisfactione de talibus suis admissis penitentiam egerint.

Quodsi etiam Deo clementissimo sic visum fuerit, ut in instanti jam electione

aliquis ex nobis ad hujus jam vacantis Ecclesiae Episcopalem Dignitatem nostra canonica electione evehi contingat, is, quisquis tandem erit, hoc praesens nostri capituli renovatum, ut praemittitur, statutum inviolabiliter observabit, et in suis concessionibus circa praememorata se in omnibus obsequentem exhibebit sub poena jncursionis perjurii, ut praemittitur, nisi forte probabili facti errore diversum contigerit. —

In quorum omnium et singulorum evidens testimonium ac certam fidem eandem hanc nostram ordinationem tam libro statutorum nostrorum rubeo inscribi, quam etiam hanc statuti formam sigillo nostro majore sigillatam jussimus et fecimus redigi. In testimonium horum omnium et singulorum sic vere peractorum praesentem hanc statutariam ordinationem per subscriptionem propriorum nominum ac cognominum omnes et singuli sine syngraphis testantibus comprobavimus. Datum et actum in Capitulo nostro generali omnibus praesentibus, anno post Christum natum milessimo quingentesimo quinquagesimo tertio, die vicesima prima mensis July.

Wilhelmus Ketteler, Praepositus subs. Georgius Haetzfeldt, Decanus subs. Arnoldus de Beuer, Scholasticus subs. Didericus Ketteler, Thesaurarius subs. Her-

bordus Baer, Vicedominus subs. Rodolfus van Kuchl.*) subs. Wilbrandt van Schage, subs. Bernhardus de Munster, subs. Johannes de Morryen, subs. Bernth van Raesfeldt, subs. Caspar de Wrede, subs. Diederich van der Recke, subs. Wilhelm Valcke, subs. Wilbrandtus Smysinck, subs. Michael von der Leyen, subs. Johan Noyell, subs. Adrian von Ense, subs. Joachim Herr zu Buren, subs. Balthazar van Buren, subs. Judocus de Recke, subs. Hinrich van Munster, subs. Bernd Morrien, subs. Hinrich van Plettenberg, subs. Melchior van Buren, subs. Heydenrick van Oer, subs. Joachim van Bodelswinge, subs. JohannesNheym, subs. Xerxes à Baeick, subs. Frederyck van Keppel, subs. Johannes Schenckinck, subs. Derich Ketteler, subs. Johan Morrien, jun., subs. Godefridus de Raesfeldt subs. Frederich van Quwest, subs. Bernht von Beveren, subscripsit.

*) i. e. Kuenem. N.

Nro. LXVII.

Das von den Päpſten Bonifaz IX. (1398.) und Julius II. (1504.) ſchon beſtätigte Statut des Münſt. Domkapitels — „keinen als Domherrn aufzunehmen, der nicht von väterlicher und mütterlicher Seite von einem edlen Ritter-Geſchlechte abſtamme, und echt geboren ſei" — wird von Kaiſer Maximilian II. bekräftigt und in beſondern Schutz genommen.

1573.

Ex Apographo.

Maximilanus secundus etc. Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis, Quod cum nobis humiliter sit expositum pro parte honorabilium nobis dilectorum N. Decani et Capituli Ecclesiae cathedralis Monasteriensis, eandem Ecclesiam ante plura saecula ad Dei imprimis gloriam, ac deinde in sustentationem et conservationem vere nobilis militaris Ordinis fundatam adeoque a multis praecipuis ejusdem ordinis personis pio zelo liberaliter dotatam fuisse: huncque in finem dictorum Decani et Capituli antecessores, statutum quoddam condidisse, quo sancitum sit, neminem in canonicum dictae cathedralis

Ecclesia Monasteriensis recipiendum et assumendum esse, nisi ab utroque parente de nobili militari genere et ex legitimo thoro procreatus existat; quod quidem statutum postmodum ab aliquot summis Pontificibus, praesertim vero Julio II. et Bonifacio IX. felicis recordationis confirmatum fuerit, prout ex dicto statuto ex libro seu matricula omnium ejusdem Ecclesiae statutorum et consuetudinum extracto et memoratarum confirmationum a quondam Julio II. et Bonifacio IX. obtentarum transumptis nobis in authentica forma extractis, latius continetur, quorum tenor talis est:

(a. Statutum Capituli.)

Ut ea quae vetustissima consuetudine in recipiendo et admittendo novitios canonicos in nostra Ecclesiae observata dignoscuntur, per obitum Seniorum canonicorum nostrorum et variam vacationem canonicatuum et praebendarum inibi nullatenus a memoria hominum excidant, sed inviolabiliter observentur: Nos Decanus et capitulum Ecclesiae Monasteriensis ad infra scripta peragenda capitulariter congregati matura deliberatione prehabita, hac perpetuo et infragabili valitura constitutione statuimus ex ordinamus, quod quicunque petens se recipi et admitti in

canonicum nostrae Ecclesiae, etiam ex quocunque titulo, tenebitur primum et ante omnia coram Nobis capitulariter exhibere titulum, cujus praetexta recipi petit, dimissa nobis illius copia authentica, et deinde in vulgari almannico denominare ibidem quatuor suas stirpes proximiores, videlicet duas de linea sua paterna et duas de linea sua materna, atque extensis duobus suae dextrae digitis jurare, quod praedictae stirpes per eum denominatae sint sive proximiores stirpes et de bono militari genere existant et exinde derivatae, ipseque recipiendus in legitimo thoro ex dictis denominatis parentibus, matrimonialiter copulatis, genitus existat: habebitque secum extunc duos viros pari nobilitate ut praefertur insignitos et Nobis cognitos, qui sub simili juramento per ipsos praestando, testimonium ferre debebunt, easdem stirpes per recipiendum designatas fuisse et esse de bono nobili militari genere, ac proximiores ipsius recipiendi canonici, et ex ejusmodi genere derivatos, ipsumque recipiendum canonicum esse genitum ex legitimo thoro parentum suorum designatorum. Quibus peractis et probatis, si nil canonicum obstiterit, debebit recipiendus admitti, ac alias nullo modo, salvis statutis consuetudinibus, juribus et privilegiis Ec-

clesiae nostrae, ad quorum observantiam etiam post receptionem suam se astringere tenebitur.

(b. Confirmatio ejusd. per Julium II.)

Julius Ad perpetuam rei memoriam. In Apostolicae dignitatis culmine, meritis licet imparibus, Divina dispositione constituti, ad ea nostrae considerationis aciem lubenter convertimus, per quae nostrae provisionis ministerio honor et decus Ecclesiarum quarumlibet praesertim insignium Cathedralium conserventur et in illis divinus cultus floreat et continuum suscipiat incrementum, et illa, quae propterea conservata fuisse dicuntur, ut firma, perpetua et illibata persistant lubenter, cum a Nobis petitur, Apostolico munimine roboramus, aliasque desuper nostri pastoralis officii partes impartimur prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Sane pro parte dilectorum filiorum Capituli Monasteriensis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod a tanto tempore citra cujus initium memoria hominum non existit, observatum extitit, quod nullus in Decanum et Scholasticum ejusdem Ecclesiae recipiatur, nisi per capitulum praefatum

electus, et electio hujusmodi per Episcopum Monasteriensem pro tempore existentem confirmata fuerit; ac quod etiam nullus in canonicum dictae Ecclesiae recipi et assumi possit, nisi de militari genere et legitimo thoro ex utroque parente procreatus existat.

Quare pro parte capituli praedicti asserentium, quod querelas subditorum eorundem capituli Monasteriensis Decanus recipit, et illas capitulo prefatis defert, ac quod Capitulum praefatum postmodum illas Episcopo Monasteriensi pro tempore existenti referunt, et quod ad illos, Decanum et Scholasticum spectat et pertinet supportare certa onera, eidem Ecclesiae incumbentia, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut consuetudini praefatae pro illius subsistentia firmiori robur Apostolicae confirmationis adjicere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur qui Ecclesiarum quarumlibet, praesertim Cathedralium decorem et venustatem intensis desideramus affectibus, eosdem Capitulum et capituli hujusmodi singulares personas a quibusvis Excommunicationibus absolutos censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, consuetudinem praefatam authoritate Apostolica tenore praesentium approbamus et

confirmamus, et nihilominus pro potiori cautela statuimus et ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis fuerit, in Decanum et Scholasticum dictae Ecclesiae, nisi per Capitulum praefatum electus et electio hujusmodi, ut praefertur, confirmata fuerit, aut in canonicum ejusdem Ecclesiae recipi et assumi possit, nisi de militari genere et legitimo thoro ex utroque parente procreatus extiterit, ipseque Episcopus et capitulum aliquem, etiam cujuscunque dignitatis vel conditionis fuerit, etiam praetextu quarumcunque gratiarum expectativarum specialium et generalium reformationum vel unionum annexarum incorporationum, aut mandatorum, literarum Apostolicarum, primarium precum, seu nominationum Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum Principum et aliorum Dominorum temporalium,etiam motu proprio et ex certa scientia, ac de potestatis Apostolicae plenitudine et ex quavis causa, consideratione et intuitu, etiam jurium cessorum vel ablatorum, etiam pro sedandis litibus pro tempore concessis, et quasvis clausulas etiam derogatoriarum derogatorias aliasque quantumcunque fortissimas in se continentes, etiamsi per eas praesentibus specialiter et expresse dero-

getur seu derogari videretur, in Decanum, Scholasticum aut canonicum dictae Ecclesiae, nisi electus et confiirmatus, ac de militari genere et de legitimo thoro ex utroque parente procreatus respective fuerit ut praefertur, nullatenus recipere seu admittere possint, neque debeant. Et ad hoc per quascunque censuras et poenas in literis gratiarum expectativarum, reservationum, nominationum, provisionum et facultatum hujusmodi per quoscunque desuper obtentorum et imperatarum, ac processibas desuper habendis pro tempore contentas contra presentium tenorem coarctari non possint, ac eisdem praesentibus nullatenus derogari possit, ac quascunque collationes, provisiones, acceptationes et quasvis alias dispositiones aliter faciendas, et quaecunque inde pro tempore secuta, nullius roboris vel momenti existere, ac quidquid secus super his à quocunque quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus. Non obstantibus premissis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac statutis et consuetudinibus dictae Ecclesiae, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, caeterìsque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo etc. nostrae absolutionis,

approbationis, confirmationis, statuti, ordinationis et decreti infringere etc. Si quis etc. Datum Romae apud S. Petrum anno incarnationis Dominicae 1504 quarto Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno primo. —

(c. Confirmatio ejusd. Statuti per Bonifac. IX.)

Bonifacius ad perpetuam rei memoriam. Ad ea, quae Ecclesiarum praesertim Cathedralium honorem et utilitatem ac etiam personarum ecclesiasticarum in illis degentium commodum ac tranquillum et quietum statum conspiciunt, libenter intendimus, illisque quantum cum Deo possumus, favorem Apostolicum impertimur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, Praepositi Decani et Capituli Ecclesiae Monasteriensis petitio continebat, quod ad canonicatus et praebendas ac dignitates, personatus et Officia ejusdem Ecclesiae Monasteriensis ut plurimum recipiuntur et recipi consueverunt personae nobiles de principibus aut comitibus vel saltem militaribus parentibus procreatae, per quas jura et bona, temporalia ipsius Monast. Ecclesiae verisimiliter valeant defens'ari; quodque Praepositus, Decanus

et Capitulum praedicti ad effectum, ut jura et bona hujusmodi, nec non libertates, jmmunitates et honores ejusdem Ecclesiae Monast. melius teneri possint, quantum in eis fuit, statuerunt etiam ac ordinarunt, quod in dicta Ecclesia Monast. canonicatus et prebendas, aut dignitates, personatus et officia nullus deinceps recipiat, nisi de nobilibus vel saltem ex utroque parente de militari genere ac de legitimo matrimonio procreatus fuerit, et talem se prius per testes fide dignos, qui etiam militares existunt coram dicto capitulo probaverint, ipsique Prepositus, Decanus et Capitulum pro bono statu dictae Monast. Ecclesiae hujusmodi consuetudinem, statutum et ordinationem perpetuo desiderant observari si ad id apostolicae sedis accedat assensus. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, Praepositus, Decanus et Capitulum pro bono statu dictae Monast. Ecclesie hujusmodi consuetudinem statutum et ordinationem per plerosque qui a sede praedicta diversas gratias et canonicatus et prebendas, aut dignitates, personatus et officia hujusmodi impetrarunt soepius molestati fuerunt hactenus, et vexantur indies, aliisque retroactis temporibus aliqui contra hujusmodi consuetudinem, statutum et ordinationem ad canonicatus et prebendas, ad dignitates,

personatus et officia hujusmodi recepti et admissi fuerint in Ecclesia antedicta, dubitentque etiam eos in futurum super his per eos amplius posse molestari; pro parte eorundem Prepositi Decani et Capituli Nobis fuit humiliter supplicatum, ut de caetero nullus hujusmodi canonicatus praebendas ac dignitates seu personatus vel officia, Apostolica vel quavis alia auctoritate, nisi juxta consuetudinem, statutum et ordinationem praedictas assequi valeat, quoquo modo, statuere ac alias in praemissis, ipsis Praeposito, Decano et Capitulo pie concedere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica ex certa scientia praesenti irrefragabilis constitutionis edicto statuimus et ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nullus Apostolica vel alia quavis auctorite hujusmodi canonicatus et praebendas ac dignitates seu personatus vel officia dictae Ecclesiae Monasteriensis nisi juxta hujusmodi consuetudinem et statutum ac ordinationem capituli praedicti, quae etiam ex simili scientia eadem auctoritate Apostolica tenore praesentium ratificamus et approbamus, assequi possit et valeat ullo modo: Ipsique Praepositus Decanus et Ca-

pitulum vigore quarumcunque literarum sub quacunque forma vel expressione verborum a Nobis vel a Sede Apostolica praedicta hactenus impetratarum vel imposterum impetrandarum ac processuum habitorum seu habendorum per eosdem ad receptionem vel provisionem alicujus ad canonicatus et praebendas aut dignitates, seu personatus vel officia supradicta, minime teneantur, et ad id compelli non possint, nisi recipiendus hujusmodi de nobili vel saltem ex utroque parente de militari genere ac de legitimo matrimonio procreatus existat, et se talem in ipsis literis fore expresserit, et hoc antea coram dicto Capitulo per testes fide dignos, qui etiam militares existant, probet, ut praefertur; non obstante, quod hujusmodi consuetudo, statutum et ordinatio capituli praedicti aliquoties interrupta et contra eam deventum sit, ac constitutionibus Apostolicis, ac aliis contrariis quibuscunque; seu si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi canonicatibus et praebendis seu dignitatibus, aut personatibus vel officiis vacantibus aut certo modo vacaturis in ipsa Ecclesia Monasteriensi, speciales dictae sedis vel legatorum ejus, literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decre-

tum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem literas seu processus habitos vel habendos per eosdem, et quaecunque inde secuta, in quantum praesentibus statuto et ordinationi nostris derogent, ad canonicatus et praebendas, aut dignitates seu personatus, vel officia hujusmodi nolumus extendi; et quibuslibet literis, priuilegiis et indulgentiis Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quae, praesentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Caeterum ad hoc ut statutum et ordinatio Nostra hujusmodi pro tempore firmius ab omnibus observentur, volumus et eadem auctoritate apostolica similis constitutionis edicto etiam statuimus et ordinamus, quod quicunque auctoritate quarumcunque literarum sedis praedictae aut legatorum ejus, in quibus per quascunque clausulas eisdem literis insertas forsan statuto et ordinationi nostris quomodolibet contingat derogare, ad canonicatus et praebendas, aut dignitates vel personatus seu officia hujusmodi deinceps se petens admitti ante receptionem aut admissionem suam hujusmodi, vigore talium literarum

ad hujusmodi canonicatus et prebendas aut dignitates seu personatus vel officia qualitercunque vacantia vel vacatura, eidem capitulo efficaciter triginta marcas argenti puri, quas ad fabricam nec non conservationem et meliorationem librorum communalium et paramentorum ad divinum cultum in eadem Ecclesia deputandorum, fideliter et integre converti, et pro tempore volumus omnino et irremissibiliter teneatur soluere; decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Nulli ergo nostrorum statuti ordinationis, ratificationis approbationis infringere etc. Siquis etc. Datum Romae 5 Idus Junij. Anno Decimo. *)

De mandato sumtum ex registro Bullarum, collationum per me Hugonem Comyn etc. Quibus omnibus et singulis, ut etc. Datum Romae in aedibus nostris sub Anno 1568. Indictione XI. Decima nona Augusti, Pontificatus in Christo Patris Pii V, anno tertio etc.

Et propterea dicti Decanus et Capitulum Nobis humiliter supplicaverunt, ut

*) i. e. 1398.

statutum ac confirmationes et privilegia praeinserta Caesaria auctoritate confirmare, et corroborare dignaremur. Nos sane cupientes laudabiles Ecclesiarum usus consuetudines statuta et privilegia salva et inviolata conservari; hujusmodi praefatorum Decani et Capituli Monasteriensis humilibus precibus clementer annuendum duximus. Itaque animo deliberato, ex certa scientia et auctoritate Nostra Caesarea statutum, confirmationes et privilegia praeinserta in omnibus eorum punctis clausulis sententiis et verborum expressionibus, confirmavimus approbavimus et corroboravimus sicut et tenore praesentium confirmamus approbamus et corroberamus in quantum jure vel ex gratia confirmare approbare et corroborare possumus et debemus. Volentes et prefata caesarea auctoritate nostra expresse decernentes, statutum confirmationes et privilegia praeinserta in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis et verborum expressionibus valida esse ac perpetui roboris firmitatem obtinere, supplentes ex certa scientia omnes quoscunque defectus tam juris quam facti, omnesque solennitates, quae in praemissis intervenire debuissent, seu intervenire debuisse dici possent, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque.

Caeterum quo facilius rectiusque idem Decanus et Capitulum Ecclesiae Monast. in quieta et pacifica possessione praemissorum permanere, et iisdem gaudere, uti et frui possint; Nos legitimos eorum conservatores et executores elegimus ac deputavimus judicem atque assessores judicii nostrae Camerae jmperialis, sicuti tenore praesentium memorata auctoritate nostra caesarea scienter deliberate ac sano accedente consilio eligimus et deputamus, iisdem firmiter et expresse mandantes, ut super executione defensione et corservatione praemissorum dictis Decano et Capitulo Cathedralis Ecclesiae Monasteriensis nomine, loco, et auctoritate nostra summarie et cum effectu assistant, ac eosdam quoad praemissa contra quoscunque turbatores, molestatores et hujus Nostrae Caesareae confirmationis violatores et neglectores defendant, conservent, et manuteneant prout juris erit. Ad quae omnia et singula peragenda concedimus et tribuimus iisdem conservatoribus plenam facultatem ac vices nostras, ipsique in eo executuri sunt bene gratam et expressam voluntatem nostram.

Nulli ergo hominum liceat hujus nostrae confirmationis approbationis, privilegii, gratiae et conservatorii paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire.

Siquis autem id attentare praesumpserit, praeter nostram et jmperii sacri indignationem gravissimam, quadraginta marcarum auri puri mulctam pro dimidio jmperiali fisco seu aerario nostro, reliqua vero parte soepefatis Decano et Capitulo Monast. toties quoties contraventum fuerit irremissibiliter applicandam se noverit ipso facto incursurum. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum et Sigilli Nostri Caesarei appensione munitarum Dat. in Civitate nostra Vienna, anno Domini M.D.LXXIII. etc.

Maximilianus. etc.

Ein Abdruck dieſer Beſtätigung findet ſich auch in der ſeltenen Schrift: Justitia pressa, non oppressa, sive Nobilitas Equestris DD. Erbmannorum Monast. etc. pag. 85. —

Nro. LXVIII.

Indult Papſt Pauls V., dem Domkapitel zu Münſter über die freie Wahl eines Propſten ertheilt.

1618.

Ex Exemplo typis exarato p. m.

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam cunctis orbis Ecclesiis divina dispositione Praesidentes, ad ea, per quae Ecclesiarum quarumlibet praesertim Cathedralium insignium et dignitatis inibi obtinentium status prospere dirigitur, earumque quieti et indemnitati consultior, propensis studiis intendimus, et desuper cum a nobis petitur, opem operamque efficaciter impendimus, prout Ecclesiarum et personarum earumdem, rerumque et locorum qualitatibus debite perpensis, conspicimus in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum moderni Decani et Capituli Ecclesiae Monasteriensis petitio continebat, quod Praeposituram dictae Ecclesiae, quae inibi dignitas post Pontificalem major existit, pro tempore obtinenti inter alia suae curae et sollicitudini, ratione ip-

sius Praepositurae commissa consilium et curam in rebus, bonis et juribus Capituli, Canonicorum, mensae Capitularis, vasallorum, Subditorum, et Ministrorum diatae Ecclesiae tuendis et conservandis, alijsque negotijs pro tempore emergentibus praestandi onus specialiter incumbit, ab immemorabili tempore Decanus et Capitulum ejusdem Ecclesiae unum de numero et consortio Canonicorum Capitularium, actu Praebendatorum existentem, ac virtute et meritis, rerumque usu et experientia perditum in ipsius Ecclesiae Praepositum ad dictam Praeposituram, dum vacat eligere consueverunt. Etsi super jure seu consuetudine eligendi hujusmodi, sub praetextu, quod dignitates in Crthedralibus Ecclesiis post Pontificalem majores juxta concordata, dudum inter Sedem Apostolicam et nationem Germanicam inita, seu consuetudines, et regulas Cancellariae Apostolicae, vel alias, dictae Sedis dispositioni sint reservatae, perturbarentur, litesque et controversias sustinere cogerentur, graviaque exinde incommoda, dissidia et scandala in maximum Ecclesiae et Praepositurae praetactarum earumque status de-

trimentum et dispendium non sine seditionis periculo succedere possent. Quare pro parte moderni Decani et Capituli praedictorum nobis humiliter fuit supplicatum, quatenus Praepositurae praetactae felici successui consulere, ac incommodis et scandalis, aliisque praemissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui honestis petentium votis benigniter annuimus, eaque favoribus prosequimur oportunis, modernum Decanum ac singulas personas Capituli hujusmodi à quibusvis Excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine latis quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati moderno ac pro tempore existenti Decano ac Capitulo praedictis, ut vacatione dictae praepositurae per cessum vel decessum, seu privationem, aut aliam quamvis dimissionem vel amissionem illam nunc et pro tempore obtinentis, seu alias quovis modo, et ex cujuscunq; persona extra Romanam Curiam,

in quibuscunque mensibus tam Sedi praedictae, per quascunque constitutiones Apostolicas, seu dictae Cancellariae regulas vel literas alternativarum aut dicta concordata specialiter vel generaliter reservatis, seu ordinariis Collatoribus per regulas, seu constitutiones, aut literas alternativarum hujusmodi, seu quaecunq; alia privilegia et indulta Apostolica à nobis concessis et imposterum concedendis, seu jure ordinario vel alias quomodolibet competentibus et competituris, deinceps quandocunque occurrente, Ipsi Decanus et Capitulum personam habilem et idoneam ex dictis Canonicis Capitularibus aut Praebendatis in Praepositum ejusdem Ecclesiae ad praeposituram hujusmodi sic vacantem juxta SS. Canonum et Concilii Tridentini dispositionem eligere et licite valeant, ita tamen, quod electio ipsa per Decanum et Capitulum praedictos intra triginta dies a die notae in Monasteriensi Civitate vacationis hujusmodi fieri debeat, et persona sic ab eis electa intra sex menses electionem eandem immediate sequentes, seu saltem promotionem Praepositurae hujusmodi a Romano Pontifice pro tempore existente petere et obtinere, literasque Apostolicas desuper in totum expedire

omnino teneatur, nec interim in ejus Praepositurae illiusque bonorum regimine et administratione, ac fructuum perceptione nullatenus se immiscere praesumat, alioquin praepositura hujusmodi vacet et vacare censeatur eo ipso, ac de illa per dictam Sedem duntaxat libere disponi possit perpetuo, sine tamen jurium, obsequiorum, juramentorum et aliorum dicto Episcopo pro tempore existenti praestari forsan solito seu debitorum praejudicio. Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus, sicque statuimus et ordinamus, decernentes quascunque Collationes, provisiones commendamus et alias dispositiones de eadem Praepositura praeter et contra formam ac tenorem concessionis, indulti, statuti et ordinationis hujusmodi et cum illorum speciali et expressa derogatione deinceps quibusvis personis faciendas et cum inde sequutis quibuscunque nullas et invalidas, nulliusque roboris et momenti fore et esse, ac pro nullis et infectis haberi et censeri, nullumque per eas jus vel et possidendi titulum cuiquam tribuere, neque personis ad ipsam Praeposituram canonice et infra tempus praescriptum electis, abipso Ro-

mano Pontifice confirmatis, seu ut praefertur, provisis ullum omnino praejudicium adferre, ac ita praemissis omnibus et singulis per quoscunque judices ordinarios vel delegatos et causarum Palatii Apostolici auditores ac S. R. E. Cardinales et de latere Legatos dictaeque Sedis Nuncius judicari et diffiniri debere. Irritum quoque et inane sin secus a quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus regulis, constitutionibus ordinationibus, concordatis, aliisque praemissis, necnon dictae Ecclesiae et juramento et confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, concessionis, indulti, statuti, ordinationis et decreti infirmare vel ausu temerario contraire, siquis autem hoc attentare praesumpserit indignatione Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millessimo Sexcentesimo decimo octavo, Septimo Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno quarto decimo.

Nro. LXXIX.

Alte Gebräuche und Gewohnheiten des Domkapitels zu Münster.

Ex antiquo libro Saec. XV, asservato in capsula in Tabular. Eccles. cath. Mon. transscrips. B. a Mallincrodt, olim Decan. Monast. (collectan. ej. N. III. p. m.)

Hec sunt consuetudines in Ecclesia et Capitulo antiquitus observate.

1. Prepositus, obedientiarius, seu quicunque bona, curtes, uel amministraciones habens, si termino debito amministrare neglexerit, de mandato decani, uel decano deficiente seu abseute, senioris de capitulo, ipso die sole splendente amministrabit, Alioquin cessari potest die sequenti a diuinis, sed hec pro parte est correcta per constitutionem Gregorii decimi prout ibi apparet.

2. Decanus coram nullo ordinario judice tenetur respondere nisi coram seniore de Capitulo. Alii omnes de capitulo tam prelati quam canonici similiter coram nullo judice ordinario tenentur respondére nisi coram decano, uel eo absente coram seniore de capitulo, et in capitulo et non extra.

3. Alii scilicet vicarii et officiati in ecclesia non tenentur respondere, nisi coram decano, uel eo absente coram seniore de capitulo et non in capitulo sed extra.

4. Scolares canonici respondere non tenentur, nisi coram Scolastico uel Cantore seu eorum substitutis et extra capitulum.

5. Quilibet canonicus seu vicarius est judex sue familie, et eo justiciam denegante habetur recursus ad decanum.

6. Nemo in capitulo agat uel respondeat nisi per aduocatum.

7. A nemine in capitulo sententia queri debet, nisi ab obedientiario, et ille debet *) proferre sedendo.

8. Canonicus conuentus uel conuictus et confessus actori satisfaciat infra tres quindenas, alioquin actor mittetur in possessionem prebende sue, que consistit in carnibus et pane tantum, et hec prebenda potest redimi qualibet ebdomada duodecim denariis.

9. Vicarius uel officiatus confessus uel conuictus similiter intra tres quindenas satisfaciat, alioquin actor mittetur in

*) fors addendum: sententiam.

possessionem reddituum, quos tenet ab ecclesia, nec habet locum redemptio.

10. Canonicus Vicarius uel Officiatus conuentus statim compelletur respondere, nec habebit terminum ad deliberandum. Canonicus conuentus confessus uel conuictus aduene satisfaciat eodem die nec habebit tres quindenas, alioquin aduena sequenti die mittetur in possessionem prebende, ut supra notatum est.

11. Preterea Episcopus super violacione juramenti prestiti in capitulo citandus est per duos dyaconos canonicos ad capitulum, et si citatus comparuerit procedetur in capitulo secundum consuetudines capitulares ecclesie, et ipsius audientur excusationes, si quas habet. Si autem excusationes non habuerit, nec comparuerit, tunc probata violacione juramenti secundum consuetudinem capitularem ponendus erit prouisor seu gubernator ecclesie, qui ecclesiam et sibi subiectos in juribus bonis et rebus gubernabit et in esse conseruabit, donec per sedem apostolicam uel metropoliticam super hiis fuerit ordinatum. Interim prouisor prouidebit de redditibus in necessariis episcopo cum quinque suis familiaribus residuum in defensionem ecclesie conuertendo.

12. Episcopus sic conuictus nullam vocem habet capitularem, quam tamen ante habuit, licet inter canonicos capitulares minimam.

13. Episcopus canonicum impetet in capitulo coram decano, decanum vero coram seniore de capitulo. (Diffinitum est capitulariter, quod si aliquis canonicus assumatur in Episcopum Monasteriensem, qui tunc vicarius prebende Episcopalis, illum locum in refectorio habebit et in prebenda; quem (sic) dictus episcopus habuit eo tempore quo in episcopum assumptus fuit. Si vero aliquis non canonicus in Episcopum assumatur, extunc idem vicarius infimum locum in prebenda et refectorio habebit. — Item est diffinitum, quod idem vicarius, quando de nouo recipitur et admittitur, dabit et soluet tantum pro seruicio regis*) et ad structuram in Schonenvlethe, quantum vnus canonicus tempore receptionis soluere consueuit, cum sibi in perceptione fructuum equalis existat. Item capitulariter diffinitum, quod canonicus existens executor testamenti sui concanonici defuncti, et non faciens executionem dicti testamenti in toto uel in parte, aut non soluens legatum infra annum proximum a die obitus defuncti, quod ex tunc elapso anno requisitus in capitulo satisfacere tenetur de dicta executione, et legatum soluere infra quindenam a die requisitionis, sub pena suspensionis, nisi natura legati aliud requirat.)**)

---

*) Vergl. Münst. Urkundenbuch I. S.

**) Dieses Eingeklammerte war in dem liber Rotgeri, worin p. 87 jedoch von jüngerer Hand diese Stelle von 1 — 13 eingetragen war, hinzugefügt. —

(Modus emancipandi canonicum.)*)

14. Electus in canonicum si est presens, vel absens quam cito**) poterit per Decanum et capitulum deducetur ante Superius altare et ibi electus prosternit se, et Decanus dicat: Adjutorium nostrum in nomine Domini. Sequitur Psalmus: Deus misereatur nostri etc. Gloria patri etc. Postea versiculus: Salvum fac seruum tuum Domine etc. Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie el. Pater noster etc. Et ne nos inducas etc. Iterum versiculus: Salvum fac servum etc. Mitte ei auxilium de Sancto etc. Esto ei turris fortitudinis etc. Domine exaudi etc. Dominus vobiscum. Oremus: Pretende Domine famulo tuo etc. Per Christum Dominum nostrum. Tunc surgat ille et offeret tres solidos super altare predictum, quos duo custodes inter se divident equaliter. Et mox Decanus ipsi assignabit prebendam cum libro qui dicitur: Regula, dicendo hec verba, scilicet: Ego nomine mei et Capituli mei

*) Das Folgende iſt aus den angeführten Collectaneen des ehemaligen Domdechanten, B. von Mallinckrodt genommen. N. III. Consuetudines Capit. Monasteriens. antiquitus observatae. (Transscriptae ex antiquo libro, qui in Archivo asservatur in capsula, scripto, ut videtur tempore Henrici de Möers Episcopi.)

**) Hier ſcheint etwas zu fehlen, z B. fieri.

assigno tibi prebendam vacantem per mortem vel resignationem talis ad quam es electus per Capitulum, et committo tibi in animam tuam, ut eam decenter deservias. In nomine Patris etc.

(De Anno carentiae et Servitio regis.)

15. Iste Novitius de fructibus prebende nihil percipere potest infra triennium, nec etiam termino elapso, nisi XXVI marcas prius persoluat capitulo pro servitio regis,*) quod servire quondam novitii consueverunt, quas si non soluerit, fructus prebende illius tolluntur in penam, donec persolvantur.

16. Canonici minores quandonam percipiant. Si iste novitius est minor XX annis, erit sub virga**) et jurisdictione Scholastici et Cantoris, et si major XX annis fuerit et emancipari non meruerit ejusdem juris erit, percipiet enim prebendam integram solutis XXVI marcis, in carnibus et pane et quod pro his datur, scilicet de granario prepositi pro vno molt siliginis quod Korenschillinck dicitur XIV Denar. et de Officio Smalambt XIV. penn. Item habet de granario prepositi V molt hordei spiker-

*) Cf. Statut. v. J. 1275 oben N . . .
**) Cf. concil. Aquiesgran. anni 816 . §. . . . cp. Harzh. C. Germ. T. II.

mate, jtem IV. molt auene dicte mensure, jtem II molt siliginis a granario pro pane grosso, jtem triticum, quod datur pro albo pane minore, IV Scepel cum dimidio.

17. Studentes quomodo percipiant. Studentibus, proutnunc seruatur, dabuntur XIV denarii, jtem pro Grofroggen XX scepelini Spikermate, facientes XVI scepel. mensure Monasteriensis. Item dabuntur eis IV molt Ordei I Scepel. Spiker mensure facientes III molt III scepel mensure Monasteriensis, sed de annona percipiunt IV molt, vt reliqui presentes.

18. Præbendæ corpus. Hec est Prebenda Dominorum Ecclesie Monasteriensis secundum modernos. Primo de anona cuilibet Dominorum dantur I molt siliginis mensure Monast. quod ab antiquo dicitur Kornschillinck, jtem I molt siliginis, quod ab antiquo dicitur Grofrogge, facientes novem Scepel. mensure Monast., summa XXI scepel. Siliginis mensure Monast. Decano et Scholastico duplum. Item dantur cuilibet Canonico IX molt Ordei minus III scepel. Spiker mensure facientes VII molt minus II scep. mensure Monast. Item dantur cuilibet canonico IV molt auene spiker mensure, Decano et Scholastico duplum.

19. Ministratio praepositurae Dulmaniens. Nota aliquid de Officiis in Ecclesia Monasteriensi, Primo de prepositura in Dulmen. Prepositus dabit cuilibet canonico habili XI ½ Scepel. tritici mensure Monaster. et deseruitur a Synodo autumnali, scilicet Gereonis per XX septimanas sequentes inclusive. Et prepositus in Dulmen solet pro isto tritico ex consuetudine dare cuilibet canonico pro portione sua VIIII solidos, et hoc non est de jure. Studentibus datur de isto cuilibet tantum, sicut canonico emancipato. —

20. Ministratio Officii Gronouer. Gronouer. Dominus Officii Gronouer dabit cuilibet Canonico XI Scepel. siliginis mensure Monast. sed scolaribus non emancipatis dabit XIV denarios, et deservitur a Michaelis usque ad purificationem.

21. Ministratio officii Smalamt. Smalambt. Canonicus officii Smalambt dabit cuilibet canonico de superiori banco X ½ scepel. siliginis mens. Monast., et cuilibet de medio banco, cuilibet XIV scepel. ordei mens. Monast., sed aliis de infimo banco cuilibet XVIII scepel. auene mens. Monast., et IX crateri siliginis et II denar. Et hec non dantur illis de premissis duobus scamnis, et de-

seruitur a Michaelis usque ad purificationem. —

22. Numerus canonicorum et praebendarum. Quadraginta sunt Canonici et quadraginta una sunt prebende, et quodlibet de istis primis scamnis continet XII personas, et infimum scamnum continet omnes alias personas que restant de XXIV. Et iste Dominus (Smalambt) dabit similiter XIV denarios Scolaribus non emancipatis.

23. Ministrat. Officii Oltho ff. Oldenhoff. Dominus curtis Oldenhoff dabit (cuilibet?) canonico III Scepel. tritici minus II cratere, et deseruitur a pascha usque ad ascensionem Domini.

24. Ministrat. obedientiae Amelburen. Obedientiarius Amelinc-buren pro tempore existens dabit cuilibet canonico fertonem et sunt tres solidi, et deservitur Johannis Baptiste.

25. Ministratio obedientiae Spikerhof. Spikerhoff, alias Obedientiarius Telget dabit cuilibet canonico IV scepel. tritici cum dimidio mens. Monast., et deservitur a Jacobi usque ad Michaelis.

26. Quae competunt Studentibus. Cf. N. 30. Dabuntur Spisepenninge ss. Gereonis et Victoris XXV denar. Item Domi-

nica: Populus Sion, cuilibet XI Denar. Item Dominica Oculi cuilibet III ½ solid. Item Dominica Palmarum VIII denar. Item feria II. in Rogationibus VII ½ denar. Item vigilia Petri et Pauli de cζole*) II denar. Nota, Spisepenninge, que dantur per annum sunt VII solidi II denarii. —

27. Pulli, aucae, ova. Cellerarius dabit decem pullos et quatuor aucas et XXXIII ova ante festum pasche. —

28. Cappengelt. In crastino Martini datur Cappengelt de summa restante, jtem denarii medonales videlicet (V̂3) XXX denarii Briccii**), jtem denarii caseales V̂3 XII denarii et tres obuli et sunt divisa officia. Item datur Wynmarck XII solid. circa Martini Cellerarius dabit. Item datur vna candela cere a cellerario in purificatione.

29. Quaenam dentur Studentibus. Hec dantur studentibus et non defunctis Walpurgis Sliepsten, in assumptione in Natiuitate B. Marie Virg., Michaelis, Crispini, omnium Sanctorum, sequenti die, in Natiuitate Domini, Stephani, Johannis, Inno-

*) War von Mallinckrodt so nachgezeichnet, da er es nicht lesen konnte.

**) i. e. in festo s. Briccii.

centium, in Epiphania Domini, in Conversione Pauli, in Purificatione, in Palmis, in Cena Domini, in die Pasche, sequenti die, in ascensione Domini, in die Pentecostes, sequenti die, Johannis Baptiste, Petri et Pauli, in Commemoratione Pauli. Item VI denar. in memoria Domini Friderici Episcopi circa festum pasche studentibus et defunctis.

30. Studentibus et defunctis quaenam dentur. Hec dantur studentibus et defunctis. Spisepenninge studentibus et defunctis crastino Gereonis secundum ordinem vt prehabitum est (supra N. 26). In purificatione candela de libra cere, jtem denarii caseales XII denar. III obul., jtem denarii medonales scilicet XXX denarii, jtem vna marca ad vinum, jtem Cappengelt, jtem Johannis Baptiste III solidi de fertone. Item quondam solebant iis fieri supplementum quarte diei circa vel ante festum Jacobi XVIII solidi et multa alia, que non (nunc?) sunt extra vsum, ideo illa ommitto.

31. Servitium denarior. ex Cellerraria. Seruitium denariorum, quod Cellerarius facit per totum annum. In vigilia Jacobi incipiat cellerarius administrare prebendas Dominorum. Primo denarios refectionales Walpurgis Slip-

sten XV solid., jtem in assumptione B. Mariae Virg. XV sol. Item in natiuitate B. Marie XV sol. Item Michaelis XV sol. Item Crispini XV sol. Item Omnium Sanctor. XV sol. Item sequenti die XV sol. Item in Natiuitate Domini VII sol. Item Stephani XV sol. Item Johannis V marce. Item Innocentium XVI sol. Item in Epiphania Domini XV sol. Conuersionis Pauli XV sol. Itȷ. in purificatione XV sol. Itȷ. in Carnispriuio I marca et Camerariis VIII sol. Itȷ. in cena Domini V marce, jn die pasche XXVIII sol. Item sequenti die pasche XV sol. Itȷ. ascensione Domini XV sol. Itȷ. in die Pentecostes XXVII sol. Itȷ. sequenti die XV sol. Itȷ. Johannis Bapt. XV sol. Itȷ. Petri et Pauli XV sol. Itȷ. in commemorat. s. Pauli XV sol. Itȷ. Gregorii XX sol. Itȷ. letare XX sol. Itȷ. Ludgeri post Pascha XXX sol. Itȷ. Corporis Christi*) XXX sol. Item in diuisione Apostolorum XX sol. Summa LI marck.

32. Descriptio hor. denarior. Hi denarii sic describuntur. Quotidie dantur refectionales, toties dantur pauperibus scholaribus VI denarii, vicariis XVI denarii, reliquum inter presentes Domi-

*) Von Papſt Urban IV. i. J. 1264 angeordnet.

nos et existentes in studio diuidetur. Sed in festo Johannis Evangeliste triplum Scholaribus, et vicariis duplum et canonicis veteris Ecclesie VI. Solid. In Cena Domini Similiter vt supra.

33. In festo Martini. Preterea in festo Martini dabit Cellerarius de Hiddinkshoue XX. sol. et VI. den. ad candelam, de his, vicariis dantur XVI. den. Scholaribus nihil.

34. Crastino Martini. In crastino martini dabit Cellerarius V marcas IV Solidos ad communem distributionem. Item pro Wedelinckhoff in Albachten VI. Sol. ad communem distribut. Item X. sol. de Gelebeick, Item II. sol. de obedientia Bulleren.

35. Die Briccii. Item in die Briccii dabit Cellerarius VIII. marcas ad denarios medonales, cuilibet canonico dantur XXX denarii. Item Vicariis habentes majorem prebendam datur vna portio, suspensis et defunctis nihil.

36. Dominica prima Advent. In dominica prima Adventus domini XX. sol. de Brockhoff, de quibus dantur XVI. denarii vicariis, Scholaribus nihil.

37. Administratio Spisepenninge. Forma administrationis Spisepenninge in cra-

stino Gereonis et Victoris. Dabit cellerarius IX marcas et XVIII denarios, de his dantur cuilibet Dominorum XX denarii siue sit presens siue absens, suspensorum portionem tollet Bursarius, sed Decano et Scholastico dabit duplum, summa denariorum que sic dantur Dominis VII, marce V. solidi VII. denarii. Restant adhuc XX. solidi vno denario minus, hi spectant ad prebendas*).

38. Utpraebendar. divisio. Nota quod nouem sint sedes Utprebendarum, in qualibet sede ponitur portio vnius Domini tantum, scilicet XXV. denar. et prebende Sacerdot. XXV. denar. Item IX. denar. Cantori. Item Subcellerario IX denar. Item alvino (sic) XII. den. Sic supersunt ibi XIII. solidi et III. denarii. Hi distribuuntur inter presentes tantum, Item (inter) residentes in capitulo, foris stantibus nihil, — Item Thesaurario, Vicedomino, Cellerario et quatuor Capellanis nihil. Nota, quotiescunque dantur Spisepenninge, datur Decano et Scholastico duplum.

39. Ministratio in Feria 2da in Populus Sion. Item feria secunda quando cantatur: Populus Si-

*) fors legend. Utprebendas.

on dabit Cellerarius IV. marcas minus IV. denariis. De his datur singulis Dominorum XI. denar. ut prius. Summa denariorum que sic datur dominis III. marc. III. solid et V. denar. Sie restant VIII. solidi et III. denarii, que spectant ad prebendas, de quibus datur ad prebendam Regis XI. den. et prebende Sacerdotum XI. denar., Cantori VI. denar., subcellerario VI. denar. Sic supersunt ibi V solidi et V denarii, et hi distribuuntur inter presentes Canonicos in capitulo, vt prius.

40. Feria 2da post Oculi. Item feria secunda post Oculi dabit Cellerarius XV marcas, de his dantur singulis Dominorum III solidi III denarii, summa denarior. que exdatur Dominis XII marce VI solidi VI denarii. Restant adhuc XXIX solidi et VI denarii, de quibus dantur prebende Regis III sol. VI denar., et prebende sacerdotum IV sol. VI denarii. Hic supersunt XX solidi vno denario minus, et hi dividentur inter presentes Canonicos in capitulo, vt prius. Et nota quod hic secundum justum computationem t' (sic) duos solidos: non justo modo deberent dari XV marce et II solidi.

41. Feria 2da post palmas. Item feria secunda post palmas dabit cellerarius XXXII

solidos et VI denarios, de his dabit singulis Dominorum VII denarios cum obulo, summa denariorum que sic datur Dominis XXVII solidi III obulis minus. Adhuc restant V solidi et VII denarii cum obulo, de quibus dantur prebende regis VII denarii cum obulo, et prebende sacerdotum VII denar. cum obulo, Cantori VI denar, Subcellerario VI denar. Sic supersunt tantum III solidi IV denarii II obuli, hi dividentur inter Canonicos presentes in capitulo, vt prius.

42. Feria 2da in Rogation. Feria secunda in Rogationibus Cellerarius dabit XXXII solidos et VI denar. hi dividentur per omnia, vt supra dictum est feria secunda post palmas.

43. In vigilia Petri et Pauli. Item in vigilia Petri et Pauli dabit Cellerarius VII solidos II denar. de quibus dantur singulis Dominorum pro ozaco*) II denar. Decano et Scholastico duplum. Hinc penitus nihil superest. Summa Spisepenninge XXXIV marce, XVII denarii.

*) War von Mallinckrodt, der das Wort nicht lesen konnte, so nachgezeichnet und am Rande bemerkt.

Nunc sequitur annona Vicariorum de granario Dominorum.

44. Cellerarius dabit illis vicariis qui tollunt prebendam sacerdotalem XI molt auene. Item de hac prebenda dantur illis in qualibet septimana septem grossi Siliginei, uel pro hujusmodi pane II molt Siliginis Spikermate.

45. De prebenda Regis. Item illis, qui habent prebendam regis, dabit cellerarius IV molt ordei et IV molt auene, scilicet diaconis et subdiaconis.

46. Item in qualibet septimana dantur his predictis de prebenda regis septem panes siliginei, vel pro his panibus II molt siliginis spikermate.

47. De prebenda Werdenensi. Item illis, qui habent prebendam Werdenensem, dantur in qualibet septimana VII panes grossi siliginei, parum minores aliis panibus, qui dantur Dominis, et *) pro his panibus XXII modii siliginis.

48. Item nota, duo presbiteri, duo diaconi et duo subdiaconi habent vnam prebendam in refectorio vnius suspensi supra Scragen. **)

---

*) fors. aut.

**) In der Urk. v. J. 1330 verkauft das Domkapitel dem

49. Quatuor presbiteri habent prebendam sacerdotalem.

50. Ex Gassel et Gronouer. ------ Gronouer dabit die Michaelis et Officium Gasle dabit die Dedicationis et die B. Remigii Domino Decano et cuilibet canonico etiam defuncto, dummodo non sit suspensus, vnum panem album, quarum VII fient de vno scepelino tritici, et Vicariis Chori vnum panem album ratione portionis prebendalis. Dantur etiam qualibet istarum trium dierum septem panes ad Vtprebendas, quarum vnus panis, si illarum trium dierum aliqua in Dominicam diem venerit, datur sacerdoti tunc in Dominica die missam celebranti, seu cui celebratio competit, et tunc nisi sex panes dantur ad Vtprebendas, et quod supererit, tollit bursarius pro tempore existens.

51. *) ----- Redemptio Carnium bovinarum in refectorio et porcionum? in superioribus sedibus usque ad scragam descendendo, quelibet por--- et pe-

---

Riquinus Brockman eine Präbende »videlicet carnes prebendales recipiendas in banco refectorii nostri, qui bouen den Scragen vulgariter appellatur.« S. oben N. 51.

*) Hier und in N. 60 hatte Mallinckrodt Raum gelaßen, und am Rande ein * geſezt.

tia redimitur IV denar. et obul. Item supra Scragen redimitur IV denariis. Item in reliquis sedibus inferioribus redimitur III denar., et quelibet habet vnum obulum, quem dabit officians pro tunc seruiens ad carnes, prouenientes ex Gronouer et Gasle et sunt obuli s. (VI?) de quolibet officio vnum.

52. Panum deservitio. Siquis Canonicus fuerit presens tempore matutinali, licet petita licentia (a Decano) illo die vadit, panem pro (die) rediens vero post aliquot dies, etiam post solis occasum, dummodo campanam choralem ad completorium sonantem etiam extra ciuitatem audierit, pro illo die panem habebit.

53. Canonicus mortuus infra urbem*) panem habebit donec ad Ecclesiam sit detatus. De carnibus que dicuntur Ventfleisch**) idem in omnibus est servandum.

54. Pro isto pane quotidiano cuilibet canonico existente in studio per licentiam capituli dabuntur de albo officio major. V Solidi annuatim.

---

*) Urbs heißt hier so viel als immunitas, Bezirk der Dom freiheit.

**) Vielleicht Spentfleisch? Das Wort war undeutlich geschrieben.

55. Item panis datur comedentibus in urbe*), extra non, nisi staret in expensis Decani s. Ludgeri, Decani s. Martini vel cum Abbatissa trans Aquas.

56. Siquis canonicus (fuerit) in primis vesperis, sequenti die habebit denarios refectionales.

57. Licentia ad trahend. sanguinem. Valens trahere sanguinem licentiam petere debet a Decano, quod quilibet canonicus ter in anno potest facere et non pluries.

58. Non emancipatis nequicquam conferre potest. Canonicus scholaris, licet sit in perceptione: nisi emancipatus fuerit, nec Episcopus nec Decanus, nec prepositus nec capitulum aliquod beneficium consuetum conferri canonicis sibi poterunt assignare.

59. Obedientia. Obedientia que secundum ordinem cujuslibet introitus consueuit assignari Canonicis a Decano, non emancipato, etiamsi ordo eum tangeret, competere non potest, si aliud canonicum non obsistit pro isto.

60. Ætas emancipandi et anni studior. Post vicesimum suae aetatis annum suspensio fieri potest, vt emancipetur. Si tamen vnius anni studium more solito et consu-

*) h. e. immunitate.

eto prius compleuit, quia alias non poterit emancipari. Quo facto presentabitur Decano et Capitulo per Scholasticum et Cantorem qui eum dicentes sufficientem, ex tunc Decanus admittet eum ad faciendam sibi obedientiam, que in tribus consistit, scilicet in reverentia exhibenda, in mandato suscipiendo, in judicio subeundo.

61. Ceremoniae emancipationis. Emancipandus genu flexo ante Decanum hec verba dicit: Ego facio Uobis obedientiam op Recht vnd op Gnade. Quo facto surget et stabit coram Decano, qui dicet ei sic: Primo anno eris primus et vltimus in choro, primo anno non habebis uocem contradicentem in capitulo, primo anno non sedebis in choro, nisi scholares sedeant, nisi gratia tibi fiat, primo anno eris Subdiaconus, nisi de gratia supporteris. Quibus factis prestabit juramentum sub hac forma: Ejo juro ad sancta Dei Evangelia etc.

62. Petitio absentiae. Si quis canonicus per noctem abesse voluerit, a Decano licentiam patere debet, et hoc modo si aliquis suum Concanonicum et non alium de suo rogatu dicat Domino Decano: Domine Decane talis vadit cum licentia vestra, quod Decanus nega-

re non debet. Et si ille rogatus eunti licentiam petere neglexerit, qui sibi taliter cavit inculpabilis remanebit.

63. Ordo in scrutinio servandus In Electionibus quando vota singulorum scrutari debent, quilibet canonicus ordinem sui introitus seruiet, preter Prepositum et Decanum, Scholasticum, Thesaurarium et Vicedominum, qui in superiori banco in capitulo sedeant, similiter in processione in sede et in offerendo, sed in omnibus aliis introitus sui ordinem obseruare debebunt canonici, vt dictum est. Nobilibus et prelatis aliarum Ecclesiarum ex honestatis causa, non ex debito preferendum*) est.

64. De hereditate mansionarior. Si mansionarius moriatur, postquam hoc Cellerario notificatum fuerit, ipse cellerarius prefiget terminum ad hereditatem ejusmodi exigendam et terminum illum officiali, vt ad ipsum uel per se uel per alium veniat, intimabit, et quod inde prouenerit, equali diuidetur portione. Sed cellerarius per se uel per alium judicem presidebit. Idem erit per omnia de exuvii mulierum, si mansionaria moriatur. —

*) forte: deferendum. M.

65. Petitio baculi. Quicunque Canonicorum, qui alias prebendati sunt, baculum, qui bastum dicitur voluerint*), hoc eis indulgebitur vno anno, pro quo dabit quilibet eorum VIII marcas uel vnam Cappam sericam ejusdem valoris, et prebendam suam ex integro percipiet, preterquam denarios memoriales, et pro albo pane quinque solidos obtinebit semper. Qui recipit bastum cellerarius dabit sibi duos solidos et officians albi officii dabit sibi alios tres solidos. Tamen aliqui dicunt, quod officians albi officii dabit illos quinque solidos et cellerarius nihil. —

66. De residentic alibi praebendatorum. Quicunque vero Canonicorum, qui alias prebendati sunt, residentiam fecerit in Ecclesia a Synodo autumnali vsque ad octauam Epiphanie Domini, annonam suam ex integro preter Vtprebend., debet percipere secundum antiquam consuetudinem, et etiam denarios, qui interim dari solent canonicis, integraliter obtinebunt (sic).

67. De sex hebdomadibus. Illas sex hebdomadas, quas consueuit Decanus et Ca-

*) fors addend. recipere.

pitulum indulgere, possunt iidem canonici alias prebendati sibi uel ad hoc uel ad aliud conjunctim uel diuisim, juxta quod expedire videbitur, reseruare.

68. Deservitio annonae. Notandum tamen istud mutatum esse, propter fauorem aliquorum Dominorum quoad serviendum annonam, scilicet volens deseruire annonam debet esse residens in Ecclesia octo dies ante festum sancti Martini et octo post, uel debet residere a festo Martini per quindenam sequentem. Istud est verum de annona, non autem de Vtprebenda.

59. De Vtpraebendis. Vtprebenda datur omnibus Canonicis non suspensis, nisi Conuersionem Pauli*), excepto Preposito Thesaurario, Scholastico, Vicedomino, Cellerario et quatuor Capellanis Episcopi, et alibi absentibus quam in studiis. Et annona Vtprebende crescit et decrescit secundum numerum Canonicorum presentium. Summa istius annone est LXXVII molt ordei et XXVIII molt auene intergre.

*) locus corruptus. M.

Mortui et non emancipati carebunt Vtprebenda.

70. Bursa quid de suspensis sublevet. Bursarius secundum nouam ordinationem tollit de granario Dominorum de quolibet canonico suspenso tempore deseruitionis annone XXI Scepel. Siliginis mensure Monast. defalcatis defalcandis XVII Scepel. Ordei mens. Monast. uel circa, III molt auene ejusd. mensure.

De Exequiis Episcopi.

71. Si moritur Episcopus conueniunt omnes conuentuales Ecclesie dicte veteris processionaliter et etiam Religiosi in Ciuitate morantes et plebani. Si moritur extra ciuitatem occurrent funeri apud s. Lambertum, in platea ibi precedunt Canonici Majoris Ecclesie et accipiunt funus portantes processionaliter ad chorum majoris Ecclesie, ubi Canonici solent poni. Si moritur infra ciuitatem, tunc a domo in qua moritur (sic), sicut superius est relatum, defertur, vbi dicitur vna vigilia tantum, et in illa omnes manebunt. Dictis vigiliis dicatur completorium et non plus. Dicto completorio chorus noster non redibit ad vigilias nec ad psalterium, de nocte dicent uel de mane ad primam, prout consue-

tum est fieri Canonicis, Et quando Prima pulsata est conueniunt omnes Conuentuales Ecclesie,. Religiosi et Plebani sicut in Vesperis, et dicta prima dicant omnes missam animarum solenniter cum tractu: commouisti terram. Et si Episcopus uel Abbas uel alius Prelatus fuerit presens, ille rogetur a Capitulo, vt celebret Missam. Et ponetur ei calix ad pectus et baculus ad sinistrum brachium, et infula ad caput et cum omnibus istis sepelietur.

72. Manufideles Episcopi curabunt funeralia et exequias si habent, sin autem, Capitulum de bonis tantum suis. Ipso sepulto redibunt omnes ad primum altare ad stationem cantantes Antiphonam: Media vita etc. cum collecta pro peccatis.

De Exequiis Dominorum Ecclesie Monast.

73. Mortuo aliquo canonico Decanus statim mittet nuncium suum ad omnes conuentuales Ecclesias, vt legant pro defuncto XV gradus et vt veniant ad sepulturam cum processione solenniter cruce-precedente, pta (preterea?) ste Monialis*)

*) Iſt unverſtändlich, und war deshalb von M. mit einem * bemerkt.

(sic) Magister infirmorum statim ponet quatuor cerea lumina de quatuor libris circum funus in domo, in qua jacet.

74. Moriente canonico, aut moritur ante completorium aut post, si post, differatur pulsatio usque ad matutinas, et dicto officio matutinali, tunc primum pulsetur funeri, et chorus legat XV gradus.

75. Si moritur post matutinas differtur pulsatio vsque ad Primam, prima dicta, statim chorus incipit XV gradus, et tunc pulsatur, quandocunque moritur differtur pulsatio vsque ad proximam horam.

76. Post prandium quando funus deportandum est ad Ecclesiam pulsatur solenniter cum magnis campanis, sed antequam pulsetur, mittitur ad Ecclesias conuentuales vnus cereus et vnus denarius sacerdoti, campanario nihil, ad parochiales Ecclesias vnus cereus et tres obuli. Ad omnes Ecclesias et Capellas pulsabitur solenniter post prandium cum in majori Ecclesia inchoatur, et fiunt quinque tales cerei de vna libra cere.

77. Dictis vesperi, quando mane sepeliendum est funus, procedunt quidam de canonicis et sacerdos, qui officiat altare s. Johannis vt in reliquis funeribus face-

re solet, et afferunt funus processione exportante apud s. Jacobum, uel alibi fuerit opportunum.

78. Funere delato ad Ecclesiam incipitur Responsorium: Subvénite sancti Dei etc. cum versu et repetitione jncipitur: In paradisum, sequitur: Credidi propter quod locutus sum, et repetitur antiphona cum Kyrieleyson (sic) et Pater noster et cum collecta, et corpus collocatur in medio chori, et dicuntur vigilie solenniter. Hic magister infirmorum suos recipit cereos et cellerarius ponit quatuor cereos de quatuor libris, qui ardebunt inextinguibiliter donec funus fuerit tumulatum. Superflua tollet subcustos.

79. Cena facta, quando sonabit campana choralis, iterum conuenient omnes canonici et scholares et tenent vigilias solenniter, quibus dictis chorus prepositi incipiat Invitatorium: Circumdederunt etc. cum Venite, et chorus Decani potest ire dormitum. Post venite imponitur psalterium, finita prima quinquagena, leguntur tres lectiones: Ne des alienis, cum respons. consuetis. Post legitur quinquagena secunda, qua finita leguntur tres lectiones: vivent mortui, cum suis respons., et similiter in fine psalterii. Demum imponitur Absolue, item Bene-

dictus, demum absolue etc. Postea dicitur collecta. Quibus dictis, et eis abeuntibus pulsentur Matutine, surgit chorus Decani, qui dictis matutinis incipit simili modo psalterium, et in simili continuabit.

80. Mane iterum ante primam conueniunt omnes Canonici et chorales et tenent vigilias solenniter, et post has primam et immediate missam pro defuncto.

81. Tumulato funere redimus ad Ecclesiam cum Responsorio: Si bona suscepimus etc. cum versu et repetitorio. In medio Ecclesie fit statio et Cantor incipiet: Media vita etc. et ter genu flectimus ad: sancte Deus, nisi dies Dominicus, et inter Pascha et Pentecosten genu flectere non debemus. —

82. Cum ventum fuerit ad Capitulum, Decanus obedientiam defuncti, si quam habuit, porrigat illi, quem ordo tangit, cum tabula in qua lectores et cantores inscribuntur, et prefiget *) capitulum ad conseruandam prebendam.

83. Tunc surgent manufideles defuncti et dicant: Vos Domini, iste defunctus ordinauit nos in suos testamentarios et hoc parati sumus probare nostro juramento.

*) Hier war von M. ein * geſezt.

Et oportet, quod eorum juramento credatur. —

84. Sepulto funere dabunt Campanariis majoris Ecclesie et conuentualium Ecclesiarum vnum cuneum et vnum craterum cereuisie et frustum lardi valens denar I. uel pro hoc toto duos denarios.

85. Item in exequiis - - - - - - - - canonici $\widehat{\text{V3}}$ prelati poterunt offerre ad majus altare vnam paruam culinam cereuisie, XXV cuneos, cereum de libra, ad omnia alia altaria - - - cuneos, amphoram cereuisie, frustum lardi valens ita quod frustum illud tertia uel quarta pars sit lateris, et cereum talem, vt de vna libra fiant quinque.

86. Post diem obitus defuncti, dicentur vigilie singulis diebus et missa animarum. Ad vigilias ponetur vna candela, ad missam offertur vnus cuneus, vnus crater cereuisie et frustum lardi, uel pro hoc toto II denarii. Ad octauam et postea seruabitur dies octauus vsque ad mensem. Expleto mense dabitur communis eleemosyna, et dicitur eius tricesimus. Ad illam eleemosynam dabitur de qualibet prebenda vna dimidia caro prebendalis, vna crathera cereuisie. Post hec de mense ad mensem agitur eius memoria, sicut prius ad octauam, sed communis eleemosyna amplius pro eo non datur. Et si tunc

sibi fecerit memoriam, illa suo modo agetur, sin a. (sic) de vltimo anno gratie dabunt manufideles sui sex marcas et dicentur XV gradus in ejus memoriam annuatim.

87. Moriente vicario Episcopi, defertur ad Chorum post vesperas vt canonicus, et vigilie dicuntur cum novem lectionibus et de more missa defunctorum sine vigiliis et non plus.

De Exequiis Canonici veteris Ecclesie.

88. Si moriatur veteris Ecclesie Canonicus defertur per omnia vt Canonicus majoris Ecclesie ad Ecclesiam veterem cum suis candelis et locatur cadaver ante primum altare extra chorum et fiunt eius exequie tam in vigiliis quam in psalterio et aliis vt Canonici majoris Ecclesie, et canonici majoris cum suis vicariis debent his omnibus interesse.

89. Si moriatur aliqua Domina trans Aquas, que nostre sunt consorores, corpore eius delato ad Ecclesiam, Prima in nostro choro dicta, imus illuc et dicimus vigiliam solenniter, et statim Missam defunctorum. Postea funus deferimus ad locum sepulchri, et commendationem agimus debito modo, et funere tumulato ad chorum nostrum redimus.

90. Ad funus s. Martini et s. Mauritii quibus Decanus intimabit vt veniant et XV gradus legant, vt superius est dictum, postquam hoc Decano a Conuentu fuerit indicatum. Et quilibet Canonicus Ecclesie majoris tenetur vnum psalterium legere pro Domina sic defuncta.

91. Si moriatur aliqua Sanctimonialis apud s. Ægidium, cum hoc nuntiatum fuerit Decano, hoc aliis intimabit conuentualibus Ecclesiis, vt quindecim gradus legant, et ad eius sepulturam Ecclesie processionaliter veniant, et ibi sine vigiliis dicetur Missa defunctorum. Tumulato funere redimus ad Ecclesiam quisque suam.

De Beneficiis ab Episcopo Canonicis emancipatis conferendis.

92. Beneficia Canonicis emancipatis per Episcopum sunt conferenda et non aliis: Primo (confert) Thesaurariam, Vicedominatum, Cantoriam, cui annexa est Ecclesia in Alberslo, Preposituram Frisie, Preposituram s. Mauritii *) Preposituram s. Ludgeri, Capellaniam in Warendorp, Capellaniam in Billerbeck, Capellaniam in Loen **), Archidiacona-

*] In margine notatur: Eccles. s. Martini. Mallinckr.
**] Stadtlon.

tum in Vreden cum suis appendiciis, Archidiaconatum juxta Emsam. — Item Officium album majus, cui annexa est Ecclesia in Dulmen. Capellam in castro Dulmen porriget Episcopus, Cameram Frisie, Officium fermenti, de quo agatur memoria Episcopi Everhardi *) cum reliquis festis. Item officium Bocholte prope Emsam, de quo dantur cuilibet canonicorum sex scepel siliginis. Item Wilbrandinckhoff, jtem Capellam s. Michaelis, quam conferre poterit cui voluerit. Simili modo Ecclesiam **) s. Clementiš in Veteri Ecclesia, cui annexa est curtis in Mesem. Item confert altare s. Andree cum capella sua cui voluerit.

Beneficia per Prepositum canonicis emancipatis conferenda.

93. Officium Jodeueld siue Gassel, officium Smalambt, officium Caseorum, officium Gronouer, officium Linebergen, (sic) Oldenhoff, Holthusen juxta Rauensberg, Holthusen juxta Emmeren, officium Kumpe, Daelman in Amelincburen, domum to Brincktorp, Gelekinchoff, Stolbrock, Ludolwincklo,

*) fors legend.: Gerhardi. N.

**) forte: Altare. Mallinor.

officium infirmorum, quod est obedientia et habebit senior canonicus, in gradu presbiterii, et obedientiam, si quam habet, dimittet, quam habebit ille cui (sic) ordo tangit.

De collat. Obedientiarum.

94. Obedientie conferende per Decanum canonicis quos ordo tetigerit.

Antique Obedientie he sunt: Greuene, que Decanatui est annexa, Camera in Alincburen, cui decima in Dulmen est annexa, Hiddinxzele, Scholuinck Sommersele, Latbergen, cui Ecclesia in Latbergen est annexa, Blasius, cui altare s. Blasii est annexum, Hostenfelde, (sic) Hellen, Havicksbecke, Isuordinck.

Obedientie nouiter ordinate, Lepperinck cum suis attinentiis, Kobbinck, hec est prima. Secunda est medietas domus to Dale, decima duorum domorum in Ostenuelde, decima in Nortorpe cum decima cuiusdam domus Nortorpe in agris Emechinck, domus tor Horst et decima in Sendene cum pertinentiis suis. Tertia, curtis Dealhoff sita in Milete et curte (sic) Swinhorst. Quarta, decima in Horstorpe, que annexa est annone in Telget, inde dantur cuilibet canonico IV scepel. tritici cum

dimidio, item Spikerhoff et domus Gerdinck to Westdorpe.

De predictis quatuor obedientiis nouiter ordinatis preter antiquam pensionem dabitur Capitulo quotannis vna marca.

Quinta obedientia est in Sechienhem in Sendenhorst, decima too Rade, tho Lembeck, tho Mersmolle, (sic) et tres decime que Magister Lubbertus tenuit, et non soluetur amplius, nisi quantum hactenus est solutum.

95. Solus Decanus confert altare s. Vincentii, jtem altare s. Pauli, diaconalem vicariam, subdiaconalem vicariam, primum altare, et altare s. Catharine cum duobus senioribus.

96. Decanus cum capitulo confert sacerdotales vicarias duas et vnam diaconalem, altare Simonis et Jude, Marie Magdalene, quatuor Doctorum, et secundum rectorem primi altaris, secundum rectorem veteris chori, secundum rectorem Petri - - - - - - - secundum rectorem triun Regum.

97. Thesaurarius confert altare s Wilpurgis, item altare veteris chori, quod annexum est vicarie sacerdotali, quam idem Thesaurarius confert. Item confert duas subcustodias, quas conferre debet duobus canonicis.

98. Subcustos, qui claudit armarium, debet prouidere vt ad altare s. Johannis et s. Stephani misse statutis temporibus celebrentur.

99. Subcustos alius, cui Campanarum gubernaculum est commissum, missas ad altare s. Petri, quod est in armario prouidebit suo tempore.

100. Habens Officium Infirmorum confert Ecclesiam s. Nicolai, et cui contulerit, perpetuus vicarius erit, nec per successorem poterit amoveri. Item altare s. Gregorii ante armarium.

Item infirmos canonicos habet communicare et inungere si fuerit requisitus. Post inunctionem alicuius canonici per tres dies cum cerea candela illuminare infirmum debebit, et quatuor candele uel quinque fiant de libra cere, et per hos tres dies legat horas canonicas ante infirmum per se uel per alium, et infra hos tres dies mittat infirmo vnam scapulam uel tibiam porcinam, uel caput porci, vnum platellum cum sultu veteri*), vnam amphoram cum cereuisia bis braxata et tres panes, qui beuerlinge dicuntur. Mortuo canonico ponet obedientia-

*) Welche ſonderbare Krankenkoſt!!!

rius circa funus quatuor cereos de quatuor libris, qui ardebunt donec funus ad Ecclesiam deferatur. Corpore ad Ecclesiam delato hujusmodi cerei ante fores Ecclesie extinguuntur, quod residuum fuerit tollet obedientiarius. Si uero iniunctus pluribus diebus supervixerit uel corpus defuncti pluribus diebus in vrbe *) remanserit, ipse defuncto sibimet uel sui manufideles, que his diebus necessaria furint, prouidebunt, et obedientiarius predictus ad talia non tenetur. —

101. Decedente Canonico memoria eius agatur per octo dies continuos, omni die offerentur quinque cunei**), una petia carnium prebendalium uel recentium carnium equiualens petie. Item vna candela, quarum quatuor fiunt de libra cere, vnus denarius vna quarta vini. Postea agatur eius memoria per menses et quatuor vicibus in dicto mense de octauo in octauum simili modo, ut supra, postea in quolibet mense semel per annum vt supra.

102. Officium et ministratio Thesaurarii. Thesaurarius Ecclesie Monaster. procurabit cereum paschalem, eritque diaconus

*) i. e. emunitate.
**) fors addend.: cereisic:

et benedicat eam. Item in Cena Domini, si Episcopus noster non conficit Crisma, et ALIBI AFFERTUR, ipse procurabit sacerdotem vnum, qui purgabit vasa crismatum ad oleum infundendum, crisma postea ille sacerdos subcustodi minori presentabit, cuius officium dicitur Campanariatus, qui subcustos minor erit sacerdos, uel alium sacerdotum procurabit loco sui ad distribuendum Crisma. Facta distributione ipse subcustos minor, uel eius vicarius, presentabit superfluum ad locum secretum. Item Thesaurarius procurabit thus et carbones per totum annum. Item procurabit patellam et cochlear terreum, cum quibus auferuntur carbones tam ad thurificandum, quam sacerdoti eius uel ministris ad calefaciendum. Item subcustos minor habet offerre officium quinti custodis, cuius officium dicitur Lüedeambt. Item procurabit vas vnum ad thus imponendum. Item fibulas et Cappas fractas uel laceratas et alium ornatum his similem procurabit reparari, dum requisitus fuerit, dummodo id possit recuperari cum XII denariis. Iten. Thesaurarius habet conferre subcustodiam vni canonico qui sit emancipatus, p.. a*) presentabit eum Decano et Capitulo ad

*) fors: postea.

prestandam fidem Capitulo. Quo facto Decanus et Capitulum, aliqui ex eis, ibunt cum Thesaurario et eius subcustode ac cum testamentariis defuncti ad armarium ad committendum sibi claues et ornamenta.

103. Item Subcustos erit Sacerdos, et omnia ornamenta fracta uel lacerata, que possunt reparari cum sex denariis, debet recuperare, sed si eorum reparatio excedit XII denarios, tunc Magister fabrice recuperabit. Item cum conficitur Crisma, ipse subcustos custodiat Crisma.

104. Item Thesaurarius habet conferre quatuor officia custodum, quorum judex est, si presens est, eo absente erit subcustos major, subcustode absente erit subcustos minor. Si sic nollent obedire, Decanus tenetur illos corrigere, sicut et alibi possent.

105. Item Subcustos minor procurabit funes ad quinque campanas minores, facietque in ipsis campanis contracta (damna) reparari, que possunt tamen sex denariis recuperari, alias Magister fabrice recuperabit.

106. Item $\overline{\text{ppe}}$ subcustos quintus qui dicitur Lüder, custodiat has quinque campanas in turri cum clausura et non primam uel vesperas, nisi jussu Domini subcustodis minoris, pulsabit.

107 — 112 enthalten einige Vorschriften über die Verrichtungen der wöchentlich abwechselnden Unterküster im Chor, über die Reinigung der Kirche, — das Läuten u. s. w.

Articuli per Cellerarium pro tempore observandi.

113. In nomine Domini Amen. — Sub anno et natiuitate eiusdem M.CCCC.LXXIX*) 2da Augusti. Nos Decanus et Capitulum Ecclesie Monasteriens. rationabilibus causis suadentibus renovando et etiam ex parte corrigendo certos articulos per Cellerarium pro tempore Ecclesie nostre predicte obseruandos uolumus, statuimus et ordinamus, quod cellerarius quicunque deinde assumendus, antequam se intromittat cellerarie, promittere debet Decano et Capitulo Ecclesie nostre sub juramento, per eum prius Ecclesie nostre prestito, articulos infra scriptos firmiter obseruare.

Primus articulus est, quod cellerarius habebit omnimodam administrationem hominum et bonorum

*) Hieraus ergiebt sich, daß dieses Buch, wenn diese Artikel nicht von jüngerer Hand hinzugefügt sind, welches aber von Mallinkrodt nicht bemerkt ist, erst nach 1479 geschrieben, und mithin jünger als der liber Reddituum und Rotgeri sei. —

Prepositure, ac singulis annis in Vigilia B. Jacobi uel circa in presentia Decani et Capituli, uel absente Decano in presentia Capituli, faciat computum integrum de expositis et perceptis ac retentis illius anni, copias computationis Decano et Capitulo tradendo, vt statum Ecclesie considerare valeant, in quo fundamentum dependet prebendarum.

Secundus est, quod Cellerarius faciat institutiones et destitutiones, quod settinge et vthsettinge dicitur, de consilio illorum quorum interest, de consuetudine uel de jure, nec aliquem ad conducendum quod Huiswinninge dicitur, artabit, antequam talia bona vacauerint, que locari debent.

Tertius est, quod nullam permutationem hominum facere poterit sine scitu et consilio duorum Canonicorum ad hoc singulis annis per Capitulum statuendorum, Aduocati nostri, villicorum et litonum ad hoc juratorum. Nec mansionarios uel heredes eorum, qui in bonis succedere debebant, permutabunt, nec aliquem extra officia demittant, quamdiu mansus in tali officio (non?) fuerit desertus. In talibus enim permutationibus attendendum erit, quod econuerso recipiantur pares, uel saltem competentes,

ne ex receptione pecunie in hoc casu homines Ecclesie desolentur, quod conscientie cellerarii et illorum duorum canonicorum adiunctorum duximus committendum. *)

Quartus est, quod ligna fructifera in bonis prepositure non destruat, sed toto posse conseruet, sed duxtaxat ligna pro opere coquine ac domicilio Preposisi in Vrbe Monasteriensi pro discretione, vbi minus damnosiora fuerint, procuret.

Quintus est, quod nulli locentur mansi, nisi hominibus prepositure pertinentibus, si haberi poterunt, nec locentur agri prepositure alicui nisi ad vnum fimum tantum, quod eine Mestinck nuncupatur, sicut hactenus obseuatum est quod discretioni cellerarii et illorum duorum canonicorum adiunctorum committimus. Nec cellerarius homines per vecturas angustiabit, et servitia, saluis que in proxime precedenti articulo exprimuntur, nisi aliud per Decanum et capitulum fuerit demandatum, sed VIGINTI vecturis pro opere cellerarie per capitulum de homi-

*) Man sieht, welche Mißbräuche auch hier beim Wechsel höriger Leute schon obgewaltet haben müssen.

nibus cellerarie deputatis contentus stabit.

Sextus est, quod petitiones, que bede dicuntur, hominibus DISCRETE imponantur juxta consilium duorum canonicorum adjunctorum, secundum exigentiam hominum et bonorum, sic quod sufficiant absque destructione ad eosdem persoluendas, nec per NOUAS ADINUENTIONES, SECRETAS EXACTIONES uel UINICOPIA grauentur, sed in suis juribus fideliter tueantur. — *)

Septimus est, quod Cellerarius propter laborem suum continuum, quem ipsum circa, bona et homines prepositure oportebit excrcere, prebendam suam et presentias chori integre percipiat, sicut ante percipere consueuit, ac si in choro presens esset, et ad hoc habebit XXX molt auene, et quindecim marcas denarirum monasteriensium, habebit etiam de conductoribus quod huswinninge (dicitur) ac

) Hätten die ſchwachen Landesherren jener Zeit ſich ihrer durch Vögte und Gutsherren vielſeitig gedrückten Unterthanen thätiger angenommen, und auf ähnliche Weiſe die Hofhörigen- und andere Rechte) derſelben in Schutz genommen;

*) Man hat in unſerer Zeit verſucht, den ehmaligen Hofhörigen des Münſterlandes Freiheit und Grundeigenthum abzuſprechen, und ſie Hinter-

permutationibus et aliis, prout huc usque Cellerarius pro tempore consueuit habere, et in his contentus erit. Cetera omnia de bonis et hominibus tam in pensionibus, quam de hereditatibus, herwadiis, permutationibus uel aliis quibuscunque deriuata, Capitulo integre presentabit.

Anm. Ein Auszug aus den Statuten des so genannten rothen Buchs findet sich unter N. XV dieser Collectaneen Mallinckrodts. —

---

nie würden so viele Dienste, Beden, Kuhgeld, Hundegeld, Vogtgeld, Vogtschweine, Weinfuhren, Wachen u. s. w. unserer Zeit als Pflichtleistungen fortbestanden haben. —

---

fassen gleich zu stellen; — sie sollen schon in den Rechtsquellen des IX. Jahrhunderts unter den Namen: Liti, Lazzi, Mancipia, welche hörige, und keine freie Leute gewesen, auch kein echtes Grundeigenthum gehabt, vorkommen. Allein diese Identität ist historisch noch gar nicht erwiesen, so wenig wie die Begriffe eines: lito und ingenuus im IX. u. f. und eines: liber im XII. Jahrh., und selbst der sehr umfassende Begriff: „Hörig" deutlich entwickelt und als fest bestimmt aufgestellt sind, und so noch immer von individuellen Ansichten abhangen. —

Digitized by Google

B.

Ueber
Gerechtsame, Regalien, Güter ꝛc. des Domcapitels.

Auszüge aus dem Liber Redituum und Rotgeri.

Digitized by Google

Digitized by Google

Nro. LXXX.

Otto, Bischof von Münster, überträgt seinem Domkapitel den Zehnten im Kirchspiel Lembeck, worauf der Dienstmann Gerlach Biter zu Gunsten des Capitels verzichtet hatte.

1217.

Ex Chartulario Cathr. Eccles. Monast. saec. XIV. conscripto. L. II. Dist. I. N. IV.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto diuina miseratione Monasteriensis Ecclesie humilis minister, Omnibus Christi fidelibus salutem in vero salutari. Si quid humane memorie per lapsum deperit temporis, scripture suffragio reparatur. Hujus rationis intuitu presentem paginam nostri Sigilli robore munitam conscribi fecimus, vt ejus inspectione tam presentibus quam futuris declarescat, quod Gerlacus Bitter nostre Ecclesie ministerialis super decima Rothe in parochia Lembeke cum canonicis majoris Ecclesie in Monasterio contraxit, et acceptis XX mar-

cis ab eisdem canonicis prefatam decimam habere et absolute heredibus suis consentientibus in nostras manus resignauit. Nos vero ut nostri interest juris predictorum canonicorum honestatem et profectum per omnia promouentes, pretaxatam decimam, nullo contradicente, capitulo predicto contulimus.. Volentes igitur hunc contractum legitime celebratum inconuulsum in perpetuum perdurare. Siqui hujus contraxionis violatores extiterint, anathematis vinculo inodamus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XVII. Indictione V. presidente sancte Romane Ecclesie Honorio papa pontificatus sui anno primo, testibus presentibus Volmaro sancti Pauli preposito, Godefrido preposito sancti Lutgheri, preposito Claoltensi, Magistro Bernhardo Bremensi, Brunone de Asbeke, Luberto, Francone, Ottone comite de Tekeneburg, Bernardo Werencen et Hermanno filio ejus, Hermanno de Monasterio, Luberto de Beueren et fratre ejus Alberone, Frederico de Sconenbeke et Godefrido fratre ejus, Thiderico dapifero et filiis suis Alberto et Henrico, Luberto de Alen, Johanne de Bilrebeke, Brunone de Stochem, Conrado dapifero et aliis quampluribus.

Nro. LXXXI.

Bischof Theodorich schenkt seinem Domkapitel einen Zehnten in der Bauerschaft Nichtertunk.

1226.

Ex Chartul. Eccles. Cathedr. Monast. Saec. XIV. Conscripto L. II. D. I. N. II.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Th. Dei gratia Monast. Episcopus omnibus hoc scriptum inspecturis in vero salutari salutem. Quum generatio preterit et generatio aduenit, necesse est ut ea, que variis contractibus apud homines rite geruntur, ne in obliuionem veniant et ignorantiam, in scripta redigantur et sue firmitatis robur sortiantur... Proinde ad notitiam omnium peruenire desideramus, quod Hermannus Werenze noster ministerialis vxore sua et filio suo nec non heredibus suis consentientibus, decimam quandam in villa Nychtertunc quarundam domorum, videlicet domus vidue Welinchof, domus hisceli in bordinccamp, domus Arnoldi Ghelinc, in manus nostras cum minuta decima libere resignauit, et eandem consilio prudentum virorum Ecclesie majori contulimus, ratum habituri quidquid ad vsus prebendarum super memorata decima Ecclesia ordina-

uit. Vt igitur eadem donatio maneat perpetua, presentem paginam exinde fecimus conscribi, et sigilli nostri appensione corroborari. Testibus ydoneis presentibus, quorum nomina sunt hec . Remboldus major prepositus . Herimannus decanus . Volmarus sancti Pauli prepositus . Godefridus sancti Lutgheri prepositus . Albertus majoris Ecclesie canonicus . Ludolphus de Beueren . Lubertus sancti Martini canonicus . Hermanrus de Monasterio . Albertus dapifer . Johannes pincerna . Albertus Marscalcus . Winemarus magister coquine et alii quamplures . . . Acta sunt hec apud Monasteriensem Ecclesiam anno gratie M°.CC°.XXVI°. Kalend. Marcii. —

Nichtern iſt eine Bauerſchaft im Kirchſp. Südlon.

Nro. LXXXII.

Die Brüder Johann und Gotfried, genannt Schenkink, verkaufen dem Domkapitel zu Münster den bei Handorf gelegenen Hof Lusink mit dem Bauergerichte und allem Zubehör für 86 Mark, welches Gut sie von den Bischöfen zu Münster als erbliches Lehn besessen hatten u. s. w.

1278.

Ex eod. Chartular. Eccles. Cath. Monast. L. II. D. IX. ad N. II.

Nos Euerhardus Dei gratia Ecclesie Monast, Episcopus, omnibus presentia intuentibus notum esse cupimus, quod constituti in nostra presentia Johannes et Godefridus fratres dicti Scenkync recognouerunt publice coram nobis, se vendidisse curtem suam dictam Lusinc, sitam juxta Handorpe *) Monast. diocesis cum omnibus suis agris, pratis, pascuis, nemoribus, piscura **), molendino cum judicio quod wlgariter buirichte dicitur et aliis quibuscunque ad predictam curtem pertinentibus, decano et capitulo

*) Man sehe nach die Urk. von 1285, welche unten folgt.
**) fors: piscatura.

Ecclesie Monast. pro LXXXVI marcis Monast. monete, de consensu expresso et voluntate Richardis vxoris ipsius (Johannis) ac Johannis et Jutte liberorum et heredum eorundem, qui omnes, videlicet Johannes, Gotfridus, nec non Richardis vxor Johannis cum Johanne et Jutta liberis predictis, dictam curtem cum attinentiis suis, quam a nobis in feodo jure ministeriali tenuit *), in manus nostras publice resignauit **) Recognoscentes se dictas LXXXVI marcas integraliter recepisse, et petentes, vna cum decano et capitulo nostro predictis, vt proprietatem dicte curtis, que ad nos et ad Ecclesiam nostram pertinebat, ipsi decano et capitulo Ecclesie nostre Monast. prefatis cum omni juris plenitudine conferre dignaremur. Nos vero Ecclesie nostre predicte diligentes incrementum et profectum, predicte curtis ***), et plenum jus dominii cum omnibus ipsius curtis attinentium, ipsi Ecclesie nostre supradicte plenarie et liberaliter duximus conferendum, decanum et capitulum Ecclesie nostre memorate inducci facientes in corporalem possessionem

*) fors: tenerunt.
**) forte: resignaverunt.
***) fors addendum: proprietatem.

ejus curtis et attinentium, quod presentibus protestamur. Actum apud Warendorp, presentibus hiis Thiderico thesaurario, Suedero de Asbeke canonicis Monast. etc. et aliis quam pluribus, Anno domini M°.CC°.LXXVIII°. Kalend. Januarii. —

Nro. LXXXIII.

Egbert, Graf von Benthem, und das Domkapitel zu Münster tauschen einige Güter, mit Bewilligung des Bischofs Everhard.

1280.

Ex eod. Chartular. Eccles. Cathedr. Mon. L. II. Distinct. IV. N. V.

Nos Euerhardus dei Gratia Monast. Ecclesie episcopus. Omnibus presentes literas visuris et audituris notum facimus quod constituti coram nobis nobilis vir Egbertus comes de Benthem nec non Brunstenus decanus et capitulum Ecclesie Monast. et recognouerunt publice coram nobis quod concordassent inuicem hinc et inde permutationem quandam bonorum suorum faciendam dummodo noster

adesset consensus, qui vero inferius exprimetur, Sub hac autem forma concordatum est inter eos . quod comes predictus de consensu uxoris siue Hadewigis et heredum suorum qui tunc vixerunt videlicet Ottonis Joannis Ecberti et Heylewigis curtem suam in Ostenhem domum qui dicitur Middehof et casam in Hollaghe sitam super riuum Crumbeke in parochia Detten . cum hominibus pratis pascuis nemoribus piscariis et aliis omnibus juribus et pertinentiis suis in manus nostras ac decani et capituli predictorum ad vtilitatem et emolumentum eorundem decani et capituli plenarie permutationis titulo resignauit plenum jus proprietatis et dominii predictorum bonorum in ipsos decanum et capitulum transferendo . promisit nichil ominus dictus comes publice quod prefatis decano et capitulo cum uxore et liberis suis cauebit de vicio et euictione dictorum bonorum et plenam eis prestabit quamdiu vixerint Warandiam. Quo facto decanus et capitulum prefati domum in qua moratur Wescelus Hergherinc et dictum domum Hermanni Holovingh cum hominibus et omnibus aliis pertinentiis sicut de aliis bonis superius est expressum in manus dicti comitis plenarie resignauerunt plenum jus proprietatis et dominii eorundem bonorum

in ipsum comitem et heredes suos permutationis titulo integraliter transferentes et promittentes nichilominus quod eisdem comiti et heredibus suis plenam prestabunt quamdiu vixerint Warandiam. Acta sunt hec apud Gymmethe presentibus infra scriptis. Brunsteno videlicet Decano . Theoderico de Dorenburgh thesaurario . Adolfo vicedomino et aliis quampluribus probis viris. In cujus rei testimonium presentes literas nostro comitis de Benthem decani et capituli predictorum sigillis fecimus communiri. Datum anno domini M°.CC°. octogesimo . feria secunda post Gereonis et Victoris.

Nro. LXXXIV.

Urkunde des Grafen Otto von Tekeneborg, worin er bezeugt, daß sein Burgmann, Diderich von Horne, dem Domcapitel zu Münster den Amthof zu Nordwalde, welchen er von dem Propste dieses Capitels zu Lehen trug, für 160 Mark, mit Vorbehalt der Wiederlöse, versezt habe. Geschehen am Meineidigen Baum.

1299.

Ex Tomo XV Mss. Kindlinger. p. 188.

Nos Otto Comes de Tekeneborgh vniuersis presentia visuris cupimus esse notum Quod Thidericus de Horne miles noster castellanus coram nobis una cum uxore sua Elizabet nec non et filio suo Conrado presentialiter constitus Officium sive villicationem Nortwalde, quod vel quam de manu prepositi Monast. Ecclesie idem Thidericus tenere dinoscitur . cum universis juribus et attinentiis suis videlicet hominibus . nemoribus . pascuis . agris cultis et incultis . et domum que dicitur Garthus et aliis quibuscunque ad dictum officium pertinentibus, honorabilibus viris preposito, Deca-

no et capitulo Monast. ecclesie pro centum et LX marcis Monast. pecunie sibi integraliter persolutis ypotece titulo seu pignoris obligavit . uvoris ejus Elyzabet et Conradi filii ejusdem consensu expresso et legitimo accedente, sub hac forma quod idem Theodericus vel heres ejus legitimus prefatum officium pro centum et LX marcis predictis redimere sive luere possit singulis annis inter festum beate Margarete et festum beati Jacobi apostoli subsequens immediate . quod si non fecerint durabit hec pignoris obligatio in perpetuum. Donec prefatus Thidericus vel ejus heres legitimus sepedictum officium redimere sive luere decreverit tantum in terminos predictos - - promiserunt nichilominus idem Thidericus et ejus filius Conradus coram nobis fide prestita corporali . quod durante pignoris hujusmodi obligatione nichil servitii quantumcunque scilicet nec vecturas nec herbergerias de dicto officio per se vel per alium quemcunque requirent. Si vero contrarium factum fuerit, quod absit, promiserunt nobiscum conjunctis manibus et in solidum . et nos cum eis Hermannus de Bramesche . Conradus de Horne . Hinricus de Stirket . milites . Gerhardus Budde et Rodolfus de Bruchterbeke famuli fide prestita corporali in manus Domini

Engelberti fratris nostri . Everhardi de Volmestene . Werneri de Rethe . Thiderici de Remen . Cellerarii . Godefridi de Huvele canonicorum Monast. et Willebrandi aduocati ejusdem ecclesie . qui postquam simpliciter moniti fuerint ex parte capituli Monast. infra quindenam a tempore monitionis intrabunt civitatem Monast. non inde recessuri donec de premissis fuerit plenarie satisfactum. In cujus rei testimonium presens scriptum ad petitionem dictorum conjugum et eorum filii Conradi sigilli nostri munimine una cum sigillo Thiderici predicti et confidejussorum suorum sigillis fecimus muniri. Et nos Hermannus de Bramesche . Conradus de Horne . Hermannus Stryket milites . Gerhardus Budde et R. de Bruchterbeke famuli publice recognoscimus, nos premissa omnia et singula una cum domicello nostro Ottone comite predicto legitime promisse et Sigilla nostra qui sigillis utimur . huic scripto appendisse in evidens testimonium premissorum . verum quia nos Henricus de Stryket miles et Gerhardus Budde sigilla propria non habemus . sigillo O. comitis de Tekeneborgh sepedicti contenti sumus. Acta sunt hec apud arborem dictam Meynedige bom presentibus hiis . Hugone de Horne . Rabadone de Ymminctorpe . Costiano de

Digitized by Google

Scolbroke etc. Datum anno Domini M°. CC°.XC°. nono in Crastino ascensionis Domini. —

Nro. LXXXV.

Otto, Biſchof zu Münſter, verkauft dem Domkapitel unter gewiſſen Bedingungen eine jährliche Rente von 60 Malt Roggen und Gerſte aus ſeinem Tafelgute Biscopinkhof.

1304.

Ex Chartul. antedicto. Lib. I. Distinct. III. N. XX. Eccles. Cathedr. Monasteriens.

Otto dei gratia Monast. Ecclesie Episcopus. Vniuersis presens scriptum audituris salutem cum notitia veritatis. Notum esse volumus presentibus et posteris. Quod propter instantem et euidentem necessitatis articulum dicte nostre Ecclesie nunc incumbentem grauissime nos vrgentem maturo consilio super hoc habito. Honorabilibus viris. — Decano et Capitulo nostre predicte Ecclesie. Redditus sexaginta molt Siliginis et ordei vno scepe-

lo minus Monast. mensure de agris pertinentibus ad curtem nostram Byscopynchof annis singulis persoluendos et in granario nostro in Ciuitate monasteriensi presentandos qui dicuntur wlgariter morghenkorn ad mensam nostram pertinentes cum omni juris integritate prout ad nos spectabant pro quingentis marcis Monast. denariorum nobis traditis numeratis et solutis vendidimus per presentes . et omne jus nostrum nobis competens transtulimus et transferimus in eosdem ab ipsis perpetuo possidendos. Volentes autem nostram Ecclesiam conseruare indempnem et nostris successoribus precauere . de Officio nostro in Bilrebeke redditus sexaginta marcarum eidem nostre Ecclesie assignauimus et presentibus assignamus. Tam diu videlicet tollendos et recipiendos annisque singulis colligendos et in armarium ejusdem Ecclesie reponendos . quousque septingente marce in simul congregentur. Cum quibus septingentis marcis debent redditus seu bona immobilia comparari nobis seu nostris successoribus deputandi in restaurum reddituum predictorum sexaginta moltium ac viginti moltium alias pro ducentis marcis monasteriensibus aliis venditorum de consensu - - Decani et Capituli predictorum. Premis-

sa uero omnia et singula nos velle firmiter obseruare promittimus bona fide. Volentes. Quod venditio translatio et assignatio prenarrate a nobis et nostris successoribus predictis omni actioni exceptioni et juris beneficio pro nobis interducto quod eisdem - - Decano et Capitulo ad presens uel in posterum contra dictas venditionem et translationem possit prejudicium generare. Vt autem premisse venditio et translatio debitam et perpetuam habeant roboris firmitatem has litteras nostro sigillo eisdem - - Decano et canonicis dedimus sigillatas. — Actum in octaua Epiphanye domini. Anno ejusdem M°. Trecentesimo quarto. —*)

Die Acten des Proceſſes gegen dieſen durch das Domkapitel ſo ſehr verfolgten Biſchof werde ich in einem der folgenden Bände mittheilen.

*) Nach unſerer jetzigen Zeitrechnung (ſeit 1313) 1303.

Nro. LXXXVI.

Revers des Biſchofs (Weihbiſchofs?) von Belonnelon, über eine von ihm angekaufte Domprăbende zu Münſter.

1312.

Ex eod. Chartulario

Vniuersis ad quos presentes litere peruenerint Nos frater Hermannus Dei gratia Belonnelonensis Ecclesie Episcopus notum esse cupimus, recognoscentes lucide eosdem, quod emptis per nos ad vitam nostram ab honorabilibus viris, dominis decano et capitulo Ecclesie Monast. pro ducentis et quinquaginta marcis Monast. pecunie, fructibus et vtilitatibus vnius prebende vnius canonici presentis et deseruientis, juxta modum in literis eorundem decani et capituli nobis super hoc datis plenius comprehensum promisimus et in hiis scriptis promittimus eisdem decano et capitulo quod ante totalem solutionem et numerationem quantitatis pecunie predicte nichil prorsus de hujusmodi fructibus et vtilitatibus percipere uel requirere volumus uel debemus. Et si, quod Deus nolit anet plenam et totalem solutionem ac nu-

merationem medio tempore carnis debitum exsoluerimus moriendo, partes solutas et numeratas ex nunc dictis decano et capitulo damus et donamus scriptis in eisdem, nullo prorsus jure repetendi easdem nobis defuncto, uel alii seu aliis nostra vice et nomine reseruato quomodolibet uel retendo. Si vero propter pluralitatem canonicorum ibidem presentium et residentium nobis aliquondo de carnibus prebendalibus ex bursa communi responderi et satis fieri nequiuerit, tum eedem carnes mediante rationabili pecunia, sicut aliis emptoribus similium fructuum, et vtilitatum prebendalium fieri consuetum est, singulis annis et temporibus a nobis redimi poterunt et debebunt, fructus quoque et vtilitates predicti nobis per annum vnum tantum post diem obitus nostri competentes juxta modum prefate emptionis, per prouisorem burse dictorum decani et capituli eodem anno colligentur, ponendi in annuos redditus per ipsos decanum et capitulum, ad perpetuam nostram inde memoriam super ipsum diem nostri obitus in eorum Ecclesia cum defunctorum officio peragendam. In quorum testimonium sigillum nostrum huic scripto ex premissis confecto duximus apponendum. Datum et actum

anno Domini M°.CCC°.XII. feria tertia ante festum annuntiationis beate Marie Virginis.

Nro. LXXXVII.

Beschluß des Domkapitels, das Gogericht seines Brochofs mit einem im Stifte ansässigen Gografen zu besetzen, der zugleich Amtmann darüber sein soll ꝛc.

1325.

Ex Autogr. Tabul. Cathedr. Eccles. Monast.

Wi Her Conrat eyn edell man van der Marcke Domprovest van der Gnade Godes, Her Lubbracht van Langhen Domdecken, Her Bernet van Ravenesberghe Domkostere, Her Hinrich van der Lyppe Scolmester, Her Ebbracht van Benthem Visdom, Her Gert Werence Sanchmester vnde dat mene Capytel van Mönstere, doet kundich allen den ghenen de desſen Bref set oder horet lesen, dat wi mit eynen menen Wilkore eyne Satinghe ghesat hebbet, van deme Gogherichte vnses Houes ton Brochoue also dat wi de vorbenomede Dom-

prouest, vnd vnse Nakomelinghe mughen na vnsen Willen eynen Man de in deme sticht beseten si, setten to enen Gogreuen ouer den Brochof - ande deselue sal ock eyn Ammetman dar ouer sin, de Gogreue sal vns vnd eyme juweliken Domproueste hulden tot vnsem Rechte vnd deme Capytele tot eren Rechte, also dat des Capiteles Lüde, so war de beseten sin, vnbeschattet bliuen sun van deme Gogerichte, menen se solen halden des Jares ere echte Godinch doch welich ere Vorbreke mit blotrenninghe, eder mit anderen blikenen schine, dar mach de Gogreue eyne Beteryngе af nemen na rechte ande na Gnade. Vortmer so sall men alle Jar des Gogreuen Rekeninge horen vppe sunte Jacopes Avent to vntsettene, ande to settene eynen Gogreuen na plechsede vnde Wonetheyt eynes Kelneres, Were auer dat wi de vore benomde Domprouest ofte vnse Nakomelinghe den Gogreuen mit breke bevunden, so moghe wi en entsetten wanner et vns behaghet, Were auer dat ein Canonich van deme Capytele sich beclaghede van deme Gogreuen, den sole wy vnd vnse Nakomelinghe eme tho Rechte setten, also lange alse de ghene Gogreue is, Menen wanner de Gogreue entsat were, so ne hedde wy der Clage vorder

nicht to richtene, Vortmer were dat men der Heren Lude van dem Capitele mit jenighen anderen Gogerichte eder Burrichte, engede eder hinderde, ofte beswerde, de sal de Gogreue vordeghedingen, ande dar entgegen don na aller siner Macht like den Lüden van der Domprouestie, ande vppe dat dit stede vnd ewich blyue, so hebbe Wy de vorbenomede Domprouest vnd Capitel vnse Segele an desen Bref gehangen, Dit geschach an den Jaren alse men scriuet na Godes Gebort Dusent dre hundert vif vnde twintich. Jar vppe sunte Olrikes Dach.

Das runde Siegel des Propsten in grünem Wachse enthielt nur das Märkische Wappen im dreieckigen Schilde.

Das Domkapitularische Siegel war das bekannte große elliptische Siegel.

Anm. Diese Urk. findet sich auch in dem großen Copialbuche des Domarchivs Tom. I. Lib. II. Dist. X. N. XIX.

Im Jahre 1339 sezte das Domkapitel fest: ---- dat wy noch ghen vnser nakomelingen dat Gogerichte van den brochoue vnde dat ammet des brochoues ---- nemende beuelen noch dar to nemende setten solen de dar ghelt op lene oder do, myt beholtnesse aller breue de her Conrad van der Marke de do eyn dompro-

uest was vnd dat Capitel van Monstere vnder beseghelt hebben.» Dasselb. Copialbuch a. a. O. N. LXX. Das Orig. davon ist im Domarchiv.—

Nro. LXXXVIII.

Quittung, welche der Ritter Hermann von Münster, dessen Sohn und Enkel dem Domkapitel über den völlig bezahlten Kaufschilling für den Brokhof ausstellen.

1327.

Ex Autogr. Tabul. Eccles. Cath. Monast. Rubr. Domkelln. 1. Fach. N. 1. Lit. f.

Universis presentes visuris et audituris, Nos Hermannus de Monasterio miles. Hermannus de Monasterio famulus filius ejus, nec non Hermannus Junior de Monasterio adhuc unigenitus ipsius Hermanni de Monasterio famuli, notum esse volumus presentibus recognoscendo, publice protestantes quod honorabiles viri Domini . . prepositus . . Decanus et Capitulum ecclesie monast. nobis de pecunia et totali debito in quibus nobis tenebantur,

ratione venditionis et exemptionis curie brochof, Gogravionatus. Judiciorum, piscationum, hominum et jurium ac pertinentiarum quarumcumque ejusdem satisfecerunt integraliter dictamque pecuniam et ipsum debitum nobis ex toto persoluerunt juxta continentiam literarum ipsorum, nobis desuper traditarum, vnde ipsos super hiis dimisimus et proclamauimus nec non presentibus dimittimus et proclamamus quitos penitus et solutos. Sigillum pro nobis et Hermanno vnigenito predicto, adhuc non habente Sigillum proprium, sigilla nostra duximus presentibus apponenda, in quibus ego Hermannus vnigenitus predictus carens adhuc proprio sigillo, Sigillis predictis sum contentus, recognoscens omnia et singula premissa vera esse in testimonium omnium premissorum, Actum et Datum Anno Domini M°.CCC°. vicesimo septimo in vigilia palmarum.

Es hingen 2 Siegel an; das erste war das bekannte merkwürdige große Reitersiegel des Ritters Hermanns v. M.; das zweite, das Siegel seines Sohnes, welches eine dreieckige Form hatte und das bekannte Wappen der von Münster enthielt, mit der Umschrift: † S. Hermanni de Monasterio famuli. Beide waren in grünes Wachs gedruckt.

Anm. Im Jahre 1325 hatten dieſelbe ſchon fol-
gende Quittung ausgeſtellt:

Vniversis presentia uisuris et audituris, Nos Hermannus de Monasterio miles et Hermannus ejus filius, volumus esse notum publice protestantes. Quod nos recepimus ab honorabilibus Viris Dominis Proposito. Decano et Capitulo Ecclesie monast. ducentas marcas monast. denariorum legalium in pecunia nostrata in festo Epiphanie Domini proxime preterito ratione venditionis Curie nostre Brochof, vnde ipsos quitos ratione prefate summe pecunie pronuntiamus. harum nostrarum testimonio literarum, quibus sigilla nostra sunt appensa. Datum Anno Domini M°.CCC°.XX quinto feria quarta post Dominicam Invocabit.

Sie findet ſich in dem großen Copialb. des 14. und 15. Jahrh. Lib. 2. Dist. 5. N. 8. — Auch das Original iſt im Domarchiv. Rubr. Domkelln. 1. Fach, No. 1. Lit. e. —

Nachträglich z. d. Urk. N. XCVII. d Münſt Urkundenb. I. Abth. S. 290 ſei hier noch folgender Auszug bemerkt: Im J. 1286, VII. Kal. Septbr. verſezte «Hermannus dictus de Monasterio miles de consensu - - - Hermanni et Ludolfi filiorum suorum, Ludolfi fratris sui, nec non patruorum suorum Gerhardi Canonici Monast. et Ludolfi Layci, cu-

riam Brokhof cum omnibus attinentiis suis, que de manu prepositi Monast. tenet etc. pro 400 marcis» mit Vorbehalt des Vorkaufsrechtes. Dieſe Verpfändung geſchah vor dem Biſchof Everhard. Die Orig. Urk. darüber iſt nicht mehr vorhanden, ſondern nur ein Original Vidimus des Officials v. J. 1304. — Dieſes findet ſich im Domarchiv Rubr. Domkellnerei 1. Fach N. 1. Lit. b. Dieſe Urk. iſt faſt mit denſelben Worten wie die von 2368 (daſ. sub a.) abgefaſſet. Unter den Zeugen kommt Hermann. de Lon vor. — Daſ. sub Lit. h findet ſich die Urk. v. J. 1327, worin die beiden Hermann von Münſter, Vater und Sohn, vor dem Biſchof Ludwich auf alles Recht an den Brokhof ꝛc. verzichten, und ſelben dem Domkapitel gänzlich überlaßen. —

Digitized by Google

Nro. LXXXIX.

Walram, Erzbischof zu Cöln, verweiset dem Bischof Ludwich zu Münster die Versezung der Kirchengüter und den Verfall der Kirche zu Münster, und ermahnt ihn, sich mit ihm, dem Domcapitel, der Stadt und seinen Getreuen zu berathen, wie dieser Kirche wieder aufzuhelfen sei. Er drohet ihn, im Falle er sich nicht thätiger für die Erhaltung seiner Kirche verwenden würde, die Sache an den Papst zu berichten.

1342.

Ex Chartular. Eccles. Cathedr. Mon. L. I. Dist. VII. N. XLVI.

Venerabili in Christo patri domino Ludowico Episcopo Monasteriensi consanguineo suo karissimo Walramus dei gratia sancte Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus sacri jmperii per Ytalliam archicancellarius salutem et sinceram in domino karitatem. Consanguinee karissime nuper dum apud vos essemus assumpto nobis ad hoc jllustri principe Lantgrauio Hassie domino nepote vestro vobis retulimus et in karitate dei nuntiauimus . quomodo fama publica in vos inpingitur. Quod vestra Ecclesia illa nobilis Monasteriensis ex vestra . vt cum reuerentia et licentia vestri loquamur . negligentia atque culpa in

statu honore et facultatibus jam sit lapsa. et de die in diem ut etiam patet ad oculum ita miserabiliter prolabatur . quod . nisi deus auertat et sine more dispendio occurratur . hec que fuit nobile totius vniuersalis membrum ecclesie . erit in ejusdem ludibrium et improperium et in fabl'am conuertetur . super quo vos karitatiue interpellauimus vt assumpto vobis vestri capituli consilio nostroque si velletis . quod vobis obtulimus in quantum nobis esset possibili cum effectu . aliorumque vestre ecclesie fidelium . qui vera fidelitatis intentione erga vos et vestram ecclesiam versarentur . de tali lapsus enormitate prospicere curaretis - - Verum sicut postea relatione hujus Ecclesie vestre fidelium intelleximus. Quod etsi capitulum vestrum predictum . videns alienationem castrorum et bonorum Ecclesie vestre nisi occurreretur . incumbere se vt dicitur obtulerit*) cum effectu ad subleuationem debitorum per vos contractorum . pro quibus soluendis aliqua castra et magne reputationis dici - - - - obligasse . conferre et pecuniam sic soluendam conquirere . eamque ex post facto salua vobis status vestri sustentatione

*) Locus videtur corruptus.

competere deputanda . in Ecclesie vestre redditibus et vestris obuentionibus in pecunie sic per eos conquirende et exponende sine magno et graui vestre et Ecclesie vestre prejudicio et lesione solutionem recipere temporibus competentibus sic tamen . quod a uobis certificarentur de obligatione impignoratione seu alienatione castrorum oppidorum et Ecclesie vestre reddituum de cetero per vos nullatenus facienda. Quod . sicut ad nos deuenerit . improuide vos respuistis . quod quali conscientia seu sensu attento statu vestre - - - - entiarum ecclesie feceritis intelligere non valemus. Etsi itaque vt nostis ipsa vestra Ecclesia nostre ecclesie tamque nostri filialis et suffraganea metropoli sit conjuncta . paternum continere non possumus affectum quin ipsi Ecclesie vestre et vobis in hiis habeamus consulere et condolere et vobis paternis loqui monitis . vt in hiis periculosis negligentiis atque culpis vt ad vestri ipsius vos correctionem karitatis nostris allocutionibus quantum nobis est possibile inducamus. . Amicitiam vestram in omni bono attentissimo exoramus requirimus et hortamur in Jesu Christo adhuc statum Ecclesie vestre in vestro animo cum deliberatione debita reuoluentes assumpto vobis vt dictum est predicti vestri capituli ve-

stre ciuitatis et aliorum vobis et Ecclesie vestre non ficte sed vere fidelium et si placuerit nostro et nostrorum fidelium cum nostra et Ecclesie nostre intersit . vt est dictum consilio . ipsi vestre Ecclesie succurri patiammini in tempore . ne nimis sero dum fieri velletis non possetis . huic morbo postquam per moras inualuerit subuenire . et ne quantum ad nos pertinet aliquid de contingentibus omittamus. maxime postquam ammonitionem per nos vobis factam de qua supra diximus prodesse modicum vidimus . hec que vobis scribimus . predictis vestro capitulo et ciuitati literatorie duximus intimare. Amicitie vestre intimamus ex nunc. . Quod nisi super hiis tempestiue quam in vobis est ostendatis corrigi vos paratum . ne tanta negligentia propter nostram taciturnitatem de nostris aliqualiter manibus requiratur . si vos in premissis . quod absit . incorrigibilem videamus . Ecclesie . hoc est summo pontifici . hec denuntiare curabimus . vt ipsa ad hec si velit adhibeat remedium opportunum. Datum Bunne in Vigilia Cathedre sancti Petri. Anno domini M°.CCC°. quadragesimo secundo. —

Nro. LCX.

Gotfried von Hövel, Knape, seine Gemahlin und Kinder beurkunden, daß sie dem Domdechanten zu Münster und dem Kleriker Levold von Berge zur Stiftung einer Vikarie für den leztern im Dom, den Hof Richterhues im Kirchspiel Dolberg mit dem ihm anklebenden Bauer- und Markengericht u. a. verkauft haben.

1344.

Ex eod. Chartular. L. II. Dist. IX. N. 42.

Nos Gotfridus de Houele famulus, Margareta ejus uxor legitima conjuges, Johannes, Lambertus, Dymodis, Konegundis et Margarete eorundem conjugum liberi et veri heredes, vniuersis presentes litteras visuris et audituris notum facimus recognoscentes et protestantes publice per easdem: Quod nos de motu nostro proprio ac de expresso consensu omnium heredum et coheredum nostrorum, mansum nostrum dictum des Richterhus to ghusnen situm in parochia Doleberghe in legione Ghusnen cum judicio dicto burgherichte, et judicio dicto holtgherichte ouer de Hart in dicta parochia Doleberghe et cum hominibus ad dictum mansum richterhus to

ghusnen pertinentibus, nec non agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, lignis frondis cespitibus, juribus, redditibus, ac ceteris ipsius mansi pertinentiis et attinentiis vniuersis et antiquis prout in dicta parochia situs est, et consistit et ad nos hactenus pertinuit, honorabili viro Domino Hermanno Decano Ecclesie Monast. et Leuoldo dicto de Berghe clerico in dotationem et fundationem noui altaris in Ecclesia Monast. predicta, ad vsus ejusdem Leuoldi et suorum successorum construendi per eosdem Decanum et Leuoldum deputandum et assignandum rite ac legaliter nec non justo ac perpetuo venditionis titulo vendidimus et vendimus in hiis scriptis jure proprietatis et dominei, quod wlgariter vor eyn vri dorslagtich eghen nuncupatur, ad dictum altare et pro dote ejusdem altaris pertinendum et per ipsum Leuoldum et suos successores rectores ejusdem altaris, eternaliter possidendum, pro centum et decem marcis denariorum in ciuitate Monast. usualium,, nobis traditis et solutis in pecunia numerata etc. Anno Domini M°.CCC°.XL quarto, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nro. XCI.

Urkunde des Münsterschen Domcapitels, worin dem Aufseher seiner Bibliothek gewisse Einkünfte angewiesen werden, und die Art der Benutzung der Bibliothek festgesezt wird.

1362.

Ex Autogr. transscr. N. Kindlinger. MS. T. XV. p. 158.

Nos Decanus et Capitulum Ecclesie Monast. universis presentes literas visuris et audituris volumus esse notum. Quod nos unanimi consensu prehabita nichilominus matura deliberatione assignavimus et per presentes assignamus Custodi Bibliotece nostre de grenio Ecclesie nostre per nos deputato quicumque pro tempore fuerit, mansum dictum Myddendorpeshus tho Rymhoven in parochia Sendenhorst in burscapio scorlemer cum omni integritate jurium proventuum et obventionum ipsius prout ad nostram ecclesiam dinoscitur pertinere, ita videlicet quod prenarratus custos bybliotece nostre de supradicto manso et ejus pertinentiis universis quatuordecim solidos monast. denariorum videlicet in memoria gerhardi de Buestelle quondam nostri concanonici decem solidos, et quatuor solidos

in memoria Tilemanni de Stella rectoris primi altaris singulis annis ministrabit capitulo nostro antedicto, reliquos vero redditus proventus, obventiones emolumenta ejusdem mansi et suarum quarumlibet pertinentiarum idem custos pro labore custodie sue tollet percipiet et habebit . . Preterea supra dictus custos Bybliotece nostre qui ad premissam custodiam, ut premittitur, per nos deputatus fuerit, singulis annis in crastino beati Martini Episcopi hyemalis omnes et singulos libros ejusdem Bybliotece nostre integre presentabit . . Decano et . . Capitulo Ecclesie nostre supra dicte. Preterea idem Custos. Libros Officii Episcopalis Missales Breviarios Antiphonarios Gradualia Matutinalia et universaliter libros ad divinum Officium spectantes nulli Prelatorum canonicorum seu alteri, quicunque fuerit, concedet, nisi de Decani et Capituli expressa licentia speciali. Ceteros vero libros ejusdem Bybliotece nostre idem Custos concedere poterit canonicis et personis de Gremio ecclesie nostre infra emunitatem nostram propria in persona studere volentibus aut valentibus prout sibi pro conditione et qualitate personarum visum fuerit expedire. Recepta tamen fide ab eis dictos libros aliis non

concedendo, et de reddendo eos in tempore oportuno. Ceterum vero omnibus horum librorum aut alicujus eorum concessionem petentibus idem custos simpliciter denegabit, nisi expressus - - Decani et - - Capituli consensus desuper habeatur. Siquis etiam libros sibi concessos eidem custodi reddere noluerit, aut denegaverit vel distulerit, talis erit per Decanum et Capitulum ad expeditam redditionem cogendus sine acceptatione aut qualibet differentia personarum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ad causas presentibus est appensum. Datum anno Domini Millesimo Trecentesimo sexagesimo secundo, sabbato post festum beatorum Gereonis et Victoris Martirum.

(L. S.)

Nro. XCII.

Privilegium Kaiſer Karls IV. über die kirchlichen Freiheiten der Geiſtlichen der Dioeceſen Osnabrück und Münſter.

1377.

Ex Collectan. Bern. à Mallinckrodt etc. p. m.

In Nomine sancte et indiuidue Trinitatis feliciter, Amen. Carolus Quartus diuina fauente Clementia Romanorum Imperator semper Avgustus et Bohemie Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etsi jmperialis benignitatis Clementia quorumlibet deuotorum fidelium quos Sacrum Romanum ambit Imperium ex officii debito teneatur necessitatibus et justis apprehensionibus consulere, et de opportunis remediis prouidere : ad illos tamen permaxime dirigitur nostre mentis affectio, quos indebite pati cognoscimus, quoniamque oppressionibus status Ecclesiastice libertatis (quem semper nostris temporibus augeri volumus) enormiter eneruatur, et quasi ad nihilum redigitur minus juste.

Sane ad nostre Serenitatis audientiam pro parte honorabilium prelatorum Canonicorum et Clericorum Monasteriensis et Osnaburgensis ciuitatum et Diocesium insinuatione querulosa suppliciter est deduc-

